



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>






600074702Q









NOTIONES
IURIS ET IUSTITIAE

EX

HOMERI ET HESIODI CARMINIBUS

EXPLICITAE

AB

EDUARDO PLATNERO,

ANTECESSORE MARBURGENSI.

MARBURGI,

SUNTIBUS D. C. KRIEMER. MDCCXXIX.

221. f. 56.

251 1. 20.

GODOFREDO HERMANNO

CRITICO EXIMI ACUMINIS

VIRO ANTIQUAE FIDEI

PRAECEPTORI PATRONO AMICO

SACRUM.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 1

MECHANICS

LECTURE 2

LECTURE 3

GODOFREDO HERMANNO

S. P. D.

EDUARDUS PLATNERUS.

Quoties, vir praestantissime, ad Graecos scriptores legendos et ad Homeri carmina tractanda mentem applico, toties tua imago mihi obversatur: Tu enim is fuisti, qui iuvenilem meum animum harum litterarum studio imbueret neque in his ita institueret, ut, qui nunquam ex pectore meo discedet, amor tui et Graecae antiquitatis omnimodo coaluerit. Demum aliud vinculum me tibi adiunxit et conciliavit: mascula equitandi ars, quam te duce et magistro exercui, et nunc quoque studiosè celo et foveo. Memoriam autem illius opportunitatis, qua te adire, tecum sermonem de litteris conferre et

miscere, tibi Graecos poetas eximia eruditione et subtilitate explicanti assidere, singulari fortunae beneficio mihi concessum fuit, nullius temporis iniquitas obliterabit. Atque quae tua est benevolentia, etiamsi variis iisque gravissimis negotiis occupatus esses, nunquam non alacrem et paratum te praestitisti ad quaestiones, quas tibi proponerem, solvendas et expediendas, ad dubitationes, si quae essent, tollendas, ad libros, quos exposcerem mihi commodandos. Ita nec consilio nec re mihi defuisti, et humanitatem, a qua ars tua appellatur, luculentissimis documentis testatam fecisti. Strenuus quidem et severus censor eorum specimina exististi, quae alumni disciplinae tuae ad vires ingenii periclitandas exararent, tuoque iudicio submitterent, sed tantum absuit, ut illa severitas animos discipulorum tuorum a te abalienaret, ut tibi potius conciliaret,

quippe cum ex ipsa eluceret sincerus
atque integer amor et erga discipulos et
erga litteras. Quum autem animadver-
teres, vi et virtute poetica, qua Graeco-
rum scriptores excellunt, animum meum
occupari et quasi irretitum teneri, me-
que in singulari illa et admirabili Grae-
corum arte explicanda et describenda
potissimum elaborare velle, ab his studiis
me non revocasti, sed potius in iis ipsis
confirmasti, licet tu ipse in disciplinis
grammaticis, metricis et criticis domici-
lium posueris, deque iis colendis et pro-
movendis tam praeclare meritus sis, ut
famae tuae celebritas ad omne aevum
stabilis et firma haberi debeat. Ab eo-
rum vero consuetudine, qui ex putida
quodam mentis inertia se ipsos ubique
expressos cernere cupiunt, et in ingenia
hominum tanquam in speculum sui ip-
sae inspicere solent, semper quam ma-
xime alienus fuisti, qui ut vir ingenuae

liberalitatis quamque naturam ex se ipsa non ex aliena regula diiudicandam censes.

In ea, quam tibi nunc offero, commentatione, non critici, sed iurisconsulti et historici partes suscepi. Argumentum enim, quod tractavi, munus et peritiam critici requirere non videtur. Et si dicam, quod res est, criticum agere ne quidem potuissem, si quoque voluissem; licet enim mihi persuasissimum sit, neminem in his litteris quidquam proficere posse, nisi accuratam rei grammaticae et criticae scientiam habeat, tamen mihi non licuit, utpote in Iurisconsultorum castris nunc militanti, in iis disciplinis eam curam et operam ponere, ut ad eas promovendas et locupletandas quidquam conferre vel novi et exquisiti quid in medio proponere possim.

Quod ad orationem latinam attinet, qua hunc libellum conscripsi, saepius in

usu singulorum verborum dubius haesi; in multis enim certas regulas frustra quaesivi et circumspexi, in aliis praecpta tradi solita, lectione scriptorum classicorum non satis probata inveni. Nominasse sufficit usum coniunctivi praesentis et imperfecti, discrimen inter „aut“ et „vel“, quod Cicero observasse non videtur, potestatem particulae „at“, et quae sunt eiusmodi, de quibus distincte et articulatum exponere ab hoc loco alienum duco.

Verbum „adhibere“ (vid. p. 14) non simpliciter poni posse pro „usurpare“ et non recte dici: verbum aliquod adhibetur *de* hac vel illa re, nuper monitum est. Ratio haud dubie ea est, quod adhibere quidquam requirit, ad quod referatur, vel quod res seu causa subesse debet, cuius ratione potestas *adhibendi* locum invenire possit. Ex hac igitur sententia recte diceretur 'e. c.; „in homi-

nis praestantia describenda verbum virtus recte adhibetur.“ Similiter Cicero: lessum (eiulatum) in funeribus adhibere. Quod de usu huius verbi praecceptum licet verum iudicari debeat, tamen ex altera parte non praetermittendum est, in formula: „verbum virtus de hominis praestantia recte adhibetur“, quaedam ommissa esse, quae necessario suppleri oportet, scilicet haec: „eo loco, ubi de praestantia hominis agitur.“ Itaque si quis dicit: in iis locis, quibus de praestantia hominis agitur, verbum virtus de hac ipsa recte adhibetur, nemo hanc loquutionem ut vitiosam et ingenio linguae latinae contrariam reiiicere potest. Putaverim igitur adhibere simpliciter poni et cum *de* coniungi posse, licet haec loquendi ratio fortasse durior et Latinis parum usitata haberi debeat; id quod Ruhnkenium movisse videtur, ut quantum equidem vidi, in epi-

stolis criticis verbum adhibere hac potestate non usurparet. Ceterum si quis exemplis virorum a scientia orationis latinae egregie instructorum se defendere vellet, ad tuam et ad W. Reizii auctoritatem confugere posset; uterque enim vestrum in usu illius verbi eam rationem sequitur, quam novissimis temporibus improbatam diximus.

Ut p. 41 et aliis quibusdam locis praecedenti passivo accusativum cum infinitivo iunxerim, non exempla me adduxerunt a Drakenborchio ad Livium (T. 1. p. 132) ex hoc ipso eiusque epitome, ex Ovidio, Plinio, Tacito et aliis scriptoribus congesta, quaeque et Cornelii Nepotis loco (Pausan. c. 5) augeri possunt (cf. Gronov. ad Gell. 1. 5 et comment. ad Ovid. Fast. v. 507), sed potius ea me movit sententia; accusativum cum infinitivo tunc recte poni, si passivum non nude et simpliciter usurpatur, sed

si certus locus vel certa persona in praecedentibus indicatur, in quo vel a qua quidquam narretur, dicatur, tradatur. In eiusmodi enim loquendi ratione *hoc* vel *illud* supplendum est; idque ipsum explicatur et illustratur sequenti accusativo cum infinitivo. Sic Cicero (de orat. 1, 33): vere etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo facillime consequi. De nat. Deor. (1, 44): verius est, nullos esse deos, Epicuro videri. Memini me talia multis aliis locis legere, sed recordatio non est ita expedita et explicata, ut illa accuratius notare et describere possim. Ad eandem fortasse rationem, de qua exposui, referendum quoque hoc est, quod formulam: memoriae proditum, seu traditum est, semper accusativus cum infinitivo sequi solet. Nam et in hac loquutione *hoc* omissum esse videtur. Ceterum mirum est in quibusdam verbis

utramque dicendi et construendi rationem usitatam esse, et eam, qua accusativus, et eam, qua nominativus cum infinitivo iungitur passivo. Sic utrumque recte dicitur, et: „ex his Hermannus criticus egregiae subtilitatis esse intelligitur“, et: „ex his intelligitur, Hermannum criticum egregiae subtilitatis esse.“

Haec omnia tantummodo ideo moneo, ne quis me negligentiae insimulet; argumentis enim, quae ad meam sententiam faciant refutandam, libenter cedam, meque erroris convinci facile patiar.

Quum semel ea attigi, quae in hoc libello fortasse minus recte dicta sint, non in praeteritis relinquendum est, ad ea, quae p. 92 de Telemacho leguntur, addendum esse: hunc patris absentis vires sustinere, id quod certe ex duobus locis probabile est: Od. 2, 14

ἔλετο δ' ἐν πατρὸς θώκῳ, εἴξαν δὲ γέροντες

et lib. 11, v. 183 Ulyssi, quisnam ex Ithacensibus munus suum (i. e. rerum gubernacula) habeat, quaerenti matris umbra talia respondet:

σὸν δ' οὐπω τις ἔχει καλὸν γέρας· ἀλλὰ ἕηλος

Τηλέμαχος τιμὴν νεμέται, κ. τ. λ.

His expositis, quae praemonere et ad te praefari volebam, nihil reliquum est, quam ut me amicitiae tuae commendem. Quum in defendenda disputatione, quam pro loco vocant, tibi socius adstarem, publice professus es, animo meo verum veritatis studium subesse; hoc autem non luculentius probare possum, quam grati et pii animi sensu testificando, quo te semper colam.

INDEX CAPITUM.

Prooemium.

I. HOMERUS.

Pars prima. De iustitia divina.

- C. I. De mundi rectoribus et praesertim de fati numinibus pag. 8.
- C. II. De causis et rationibus, a quibus opinio de fati numinibus fluxerit pag. 16.
- C. III. De rationibus, quae inter fati numina et Deos intercesserint pag. 22.
- C. IV. De Erinnybus pag. 29.
- C. V. Cui numinum generi administratio iustitiae tribuatur pag. 32.
- C. VI. Argumentum Iliadis et Odysseae ex legibus iustitiae examinatum pag. 49.

Pars secunda. De iustitia humana.

- C. I. De interna libertate agendi, qua heroes Homericus instructi fuerint pag. 58.

C. II. De indole iustitiae Homericæ in universum
et de discrepantia, quæ inter eam ipsam et
nostras de iustitia notiones intercedat pag. 66.

C. III. De societate civili in universum pag. 84.

C. IV. De regibus, proceribus et populo pag. 90.

C. V. De criminibus pag. 115.

C. VI. De iure privato pag. 127.

II. HÆSIODUS p. 145.

PROOEMIUM.

Homeri carmina a multis iam multifariam commendata et laudibus celebrata iusti artis poeticae arbitri et intelligentes existimatores ideo summi ingenii monumenta esse censuerunt, quod non finibus singularis actionis terminantur, sed in omnes vitae humanae rationes diffusa faciem referunt pristini illius aevi tanquam in speculo fictam et redditam, simulque universum naturae ordinem describunt, qui ex illius aetatis opinione rebus humanis et divinis propositus putabatur. Homerus enim lectores introducit in civitates et familias, in ludos et conciones, in pugnas et convivia hominum antiquorum, omnes pacis aequae ac belli condiciones oculis nostris subiicit, belli rationes potissimum in Iliade, pacis in Odysea prosequutus; heroum ingenia, mores, affectus et omnem omnino vivendi et agendi modum vivido colore depin-

git, ita ut in illis tanquam exemplis naturam generis humani expressam videamus, et in universum quidquid in diis colendis, in natura hominis et in rerum necessitate ac fortuna censenda, illis temporibus peculiare fuit, non quidem data opera exponit, at ubique carminibus suis intexit; quae dum legimus, Graecae antiquitatis gentibus earumque ritibus et consuetudinibus praesentes interesse nobis videmur. At non solum ingenium illius aevi, non solum id, quod ad tempus natum tempore diluitur quodque satis testatur, in his terris nihil firmum et stabile reperiri, Homerus carminibus suis refert et repraesentat, sed etiam in his ea spirant, quae nunquam marcescunt et apud omnes populos omni tempore aequabiliter valent et vigent, quae genus humanum ab aeterno in aeternum regunt, et ita divinam naturae originem documento sat luculento probant. Dum itaque Homerum legendo a nostris temporibus avocati in alienum aevum animo traducimur, tamen semper sempiternarum legum admonemur, quibus quidquid terra gignitur, subiectum est. In eo enim maxime vis et efficacia naturae cernitur; quod, cum semina et elementa rerum vario modo misceat et temperet, illud unum et simplex, quod in eius gremio reclusum et involucris tectum latet, variis quasi indutum formis producit, et ita iisdem staminibus novam vestem semper te-

xere videtur. Quod, quemadmodum in omnibus, quae nascuntur, locum obtinet, ita etiam in genus humanum cadit. Huius enim ea conditio, is vitae status est, ut vires quidem et dotes, quas natura ingeneratas habemus, varie excolantur, et tum animus tum corpus pro coeli et terrarum diversitate varias formas subeant; at tamen ubicunque locorum et quocunque tempore in his terris homo constituatur, iisdem legibus et principiis obnoxius et in elementis nunquam varius atque mutabilis ad aeternam aliquam regulam a mundi rectore fingatur. In hac causa aequabili et per omne aevum stabili, quatum internae tum externae rationes vitae humanae continentur, non potest fieri, quin semper recurrant quaedam optata, desideria, quaestiones et notiones, quae animo infixae cum homine nascuntur et senescunt. Ex iis etiam iustitia est, quae comes rationis, et virtutis cum iis coniuncte et una animum occupat, inque eo expergiscitur, simulatque homo sui ipsius conscius esse coeperit. Haec animo insita iusti et honesti vis, cuius efficacia expromitur et in fortuna et in studiis atque actionibus tam singulorum quam populorum regendis, a nullo rerum humanarum iudice aut scriptore praetermitti potest, itaque etiam non a poetis, praesertim epicis et tragicis. Qua de causa in Homeri quoque carminibus, et, qui hic describuntur,

hominum ingeniis, iustum et honestum expressum videmus, quamvis in multis ab eo, quod nostris temporibus colitur, discedit, et utrumque non certis finibus alterum ab altero seiungitur. Iusti enim et honesti praeceptio et doctrina, quanquam natura sua ubique et semper una eademque, tamen in singulis praeceptis apud diversos populos variaprehenditur. Quae varietas partim posita est in moribus et vitae rationibus, partim in intelligentiae et rationis vi, prout in aliis rudis et infirma iacet, in aliis laetius efflorescit. Quo clarius enim ratio, venerandum animi lumen, se ipsam perspiciat et in intimos divinae suae naturae recessus penetret, eo altius ascendet in effigendo iusto et honesto eorumque imaginem aliquam exhibebit, ob omni concretionem mortali segregatam. Intelligentiae autem acies in distinctione et comparatione rerum et notionum conspicua, quo magis in populo aliquo exacuta sit, eo certius et distinctius descriptas invenies virtutis et iustitiae notiones, quae posterior ut ab illa segregaretur et utraque in suo loco poneretur, nostris potissimum temporibus philosophi elaborarunt. Haec amplius persequi ab hoc loco et consilio nostro alienum est.

Ut autem faciliorem aditum nobis muniamus, ad commentationem propositam de notionibus iustitiae et iuris ex Homericapoesei

eruen-
 tari debeat, et quae sint capita, ad quae
 haec omnis disputatio redeat, paucis expo-
 namus. Duo potissimum sunt, quae hic in
 iudicium veniunt. Primum quaeritur, quam
 Graeci, secundum Homericam poesin, iusti-
 tiae notionem animo conceptam habeant, qua-
 tenus et quomodo huic legi se obstrictos cog-
 noscant, qua ratione eam ab aliis servandam
 et colendam ducant, quibus modis iniuriam
 sibi illatam propulsent, et vindicandam pu-
 tent, ex quibusnam principiis sui officii esse
 censeant, ad iusti legem tuendam et in ho-
 minum societate stabiliendam conniti. Haec
 et quae sunt reliqua, quae huc spectant, ad
 humanam iustitiam pertinent.

Deinde autem, dum homo hoc tanquam
 certum et statutum sumit, ad iusti et hone-
 sti praecepta a Deo inscripta animo humano
 actiones comparandas esse, non potest non
 exspectare et exigere, ut talis rerum ordo per
 mundi moderatorem existat, quo iustus et
 bonus secunda fortuna utatur, at malus et
 impius adversa. Dum enim alter voluntati
 et sempiternis illis legibus Dei convenienter
 agit et vivit, alter contrarias partes sequi-
 tur, Deus sibi ipsi non constaret, si iustum
 aerumnis et miseriis affligeret, et earum re-
 rum expertem esse vellet, quae testantur,
 nos ad laetitiam, non ad moerorem esse fac-
 tos; in iniustum autem opes, salutem, dig-

nitatem et bona illa conferret, quae supellex et instrumentum vitae laute et laete degendae putantur. Quodsi faceret Deus, nequitiae et pravitati morum patrocinari et stimulum addere, homines autem a lege iustitiae servanda avocare, quin deterrere, et ita eam ipsam irritam facere videretur. Quae argumentatio, quamvis se sponte offerat, tamen illa, quam iustam habemus, expectatione et spe fallimur, quippe, quod haud raro accidit, ut nefasti et impii salute, honoribus, opibus et omni laetitiarum genere affluant, at boni et probi omnibus his careant.

Quum itaque non is rerum status existat, qui morum integritati respondeat et non procuratione et providentia Dei omnem mundum altiori necessitate regentis, sed mero arbitrio et casu, ut dicunt, caeco et excordi res humanae administrari videantur, vario studio homines animum exercuerunt in discrepantia illa et repugnantia tollenda ac cum sapientia Dei concilianda, ne alioquin turbatus putetur admirabilis ille consensus et concertus, in quo omnes naturae partes conspirant et inter se conveniunt. Alii itaque partim in arbitrio et licentia agendi, quam nobis Deus concessit, partim in lege necessitatis, qua natura mentis expers regitur, rationem sibi invenisse videntur, qua ille, ut falso crederetur, Dei a se ipso discessus componi et quidquid offensionis et maculae habeat, de-

leri et abstergi possit; alii hanc quaestionem ad infirmitatem mentis humanae revocarunt, qua coeci rerum nexus et consilia Dei occulta ac tenebris involuta perspicere non valeamus, alii in divino animorum concilio et coetu, ad quod corporis vinculis laxati proficiscamur aerumnas iustorum, in his terris perlatas praemiis et gaudiis singularibus compensari, at impiorum bona et voluptates, quae iis in vita humana obtigerunt, omni cruciatuum genere exaequari et rependi statuerunt. Quid philosophi hac de re praeceperint, recensere et examinare nihil attinet, sed monuisse sufficit, sententiam de divina iustitia, cuius clientelae res humanae sint commissae et concreditae, et qua improbi male, at boni, si non omni, attamen aliqua ratione bene se habeant, in religione omnium populorum exstare. Hic autem potissimum hoc tenendum est, utriusque iustitiae genus et humanae et divinae maximam vim ad alterum habere, idque multis modis adiuvere. Quo certius enim homo de severitate et ineluctabili vi divinae iustitiae sibi persuasum habet, eo magis lege iustitiae se obligatum putabit, et haec ipsa maximam partem ab altera illa iustitia naturam suam mutuabitur et trahet. Ex altera autem parte fieri non potest, quin quisque ad notionem, quam de officio iustitiae a se ipso implendo habeat animo informatam, divinae iustitiae figuram

effingat. Quare utrumque iustitiae genus coniunctum a me pertractabitur.

PARS I.

De divina iustitia.

CAP. I.

De mundi rectoribus, et praesertim de fati numinibus.

Divinae itaque et humanae iustitiae speciem ex Homeri carminibus eruere et explanare, animum induxi, et quidem ita ut primum de divina, deinde de humana dicam, in utriusque explicatione ab iis, quae universe et generatim sunt excutienda, orationem ad ea traducturus, quae singulatim illustrantur. Priusquam disputationem ipsam exordiamur, verbo demonstramus, quid in universum divina iustitia requirat, et sine quo cogitari nequeat. Quilibet absque longa argumentatione facile videt, divinam iustitiam sine humana libertate agendi nullam esse, et hac demta pro iniustitia habendam. Etenim si homo necessitate coactus et ita, ut non aliter possit, contra leges virtutis agit, et libidini ac vitiis se dedit; iustitiae adversatur, ita affectum poena et malis affligere. Quum itaque arbitrio excluso desit, quod homini

imputari et vitio verti possit, Deus sibi ipsi repugnaret, si hominem libertate non instruxisset, et tamen ob malefacta puniret. Quoniam autem homines, ab Homero inducti, libertate non carent, ut inferius demonstrabitur, patet, ea carminibus Homericis subesse, quae desiderantur, ut divina iustitia locum habere possit.

In ipsa indole divinae iustitiae censenda et diiudicanda sunt haec potissimum capita, quae expositione egeant: quod numen divinam iustitiam administret et exsequatur; quomodo et quatenus hoc numen in regendis rebus humanis vim suam expromat, quatenus nimirum impio adversetur et iusto obsecundet; utrum ipsum praesens legibus suis stabilendis et servandis caveat et invigilet, an persona interposita vel aliis instrumentis potestatem suam declaret; utrum semper et ubique rerum ordini praesit, et nullo effugio evitabile necessitatis et fati vires sustineat, an potius in legibus suis adhibendis casus et fortunae partes sequatur; dum modo appareat, modo ex mundo recedat, et interdum suo imperio se quasi abdicasse videatur.

Quaestio de persona, cui munus administrandae divinae iustitiae commissum sit, repeti et derivari debet ex notionibus, quas de regimine mundi in universum Homerus carminibus suis expressit. Rectores mundi a poeta descripti sunt duplicis generis, alii

ad hominis indolem formati et cupiditatibus atque affectibus moventur et ratione reguntur, libertate agendi pariter atque homines praediti, alii omni arbitrio vacui vinculis aeternae necessitatis tenentur, naturae, mentis experti, similes, quae immutari nescia nec conscientiae sui ipsius compos in iisdem semper regulis perseverat et constanter persistit, Hoc duplex numinum genus rerum ordini respondet, qui partim in arbitrio, partim in necessitate positus esse videtur. Libertas enim et necessitas ita iunctae sunt, ut altera sine altera cogitari nequeat, et utraque, ut sit, et notione comprehendi possit, alteram requirat. Prius illud numinum genus, quod aequae cupiditatum et affectuum libidine, atque ex iustitiae et rationis legibus mundum regit, Deos Olympum habitantes complectitur, ad alterum genus, quod libertate caret et mera necessitate regitur, potissimum *Μοῖσα* seu *Αἴσα*, *Ἐπιούρης*, *Κῆρες* et *Ἄρη* referuntur (cf. Harm. ad Aristot. de arte poet. p. 263). *Μοῖσα* seu *Αἴσα* numen est, quod rerum statum et hominum vitam certis legibus moderatur, et quidem ita ut ratio et causa hominem lateat. Quae itaque ab hoc numine proficiscuntur, sunt certo constituta et definita, videlicet nullam aliam ob causam, quam quia sunt. Fatum quoque ab eventu quodam suspensum et religatum dicitur Od. 8, 511

αἴσα γὰρ ἦν ἀπολείσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
 δουράτεον μέγαν ἵππον — —

Quae ex fati legibus alicui contingunt, a primis vitae initiis statuta putantur. Il. 20, 127.

Neptunus de Achille:

— ὕστερον αὐτὲ τὰ πείσεται, αἴσσα οἱ Αἴσα
 γυνομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

(vid. Heyne ad h. l. T: 8. p. 35.)

Conferantur ea, quae Patroclus de se ipso, et Hecuba de Hectore enuntiat. Il. 23, 78. 24, 209. vid. quoque Od. 7, 197, ubi Αἴσα et κατακλώθεις coniunctae commemorantur, si lectio sana est. Jacobsius (in Animadversionibus ad Anthologiam) provocans ad hunc locum ait, nomen κλωθῶς, quod posteriora tempora uni Parcarum tribuerint, olim omnibus commune fuisse. Alii, ut videtur, rectius legunt κατακλώθισι. cf. Schneid. lex. s. v. κατακλώθεις.

Fati vis in eo quoque conspicitur, quod quem ad factum ei perniciosum impellat, quod alioquin meri arbitrii esse videtur, ad factum, dico, perniciosum, non vere flagitiosum, sic enim libertas necessitate absorberetur et perimeretur. Pro exemplo sit Hector, qui, ut Achillem maneat, fato adigitur (22, 5.). Necessitas, quae fati legibus attribuitur, omnimodo perfecta describitur, ita ut ipsi et homines et Dii subiecti sint. Il. 6, 487. Hector in colloquio cum Andromache dicit, nunquam futurum esse, ut a quoquam ὑπέρ

αἶσκι interficiatur. cf. Od. 10, 175. Quatenus haec fati necessitas cesset, et exceptioni locum faciat, infra exponetur *). Quum ea,

- *) Quum notioni fati, ut vocabulis: *μοῖρα* et *αἶσα* vis tribuendi insit, his verbis omne id designatur, quod homini aliqua ratione tributum est, igitur ipsa vita humana (Il. 1, 416. cf. 18, 95. 24, 131) vel certus vitae status, fato obnoxius. Il. 22, 60. Priamus de se ipso ad Hectorem:

δύμορον, ὅ μ' ἐκ πατρὸς Κρονίδος ἐπὶ γέρας οὐδ' ἄισκι ἐν ἀργαλίῃ φθίσκει —

Ad certam vitae conditionem spectat quoque: *γάμον μοῖρα* (Hesiod. Theogn. v. 606.) Quum in iis, quae homini tributa et certo constituta nullum effugium admittunt, mors primum locum teneat, haec quoque verbo *αἶσα* et *μοῖρα* notatur. Homerus ipse hanc mortis descriptionem exhibet Od. 24, 29:

Μοῖρ' ἰλάει, τῆν οὐτίς ἀλυσέται, ὅς κ' ἐγένηται.

Huc pertinent loquutiones: *Μοῖρα* seu *Αἶσα* *θανάτοις* (Od. 2, 100. Il. 24, 750 et saepius) *ὑπέμορος* (Il. 1, 417. 18, 95. et aliis locis) *ἔλλαβε θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή* (Il. 6, 83. 16, 343. 20, 477 et passim) Eadem ratione *μοῖρα* et *φόνος* coniunguntur Od. 21, 24. Pariter pro morte ponitur *μοῖρα* Il. 4, 517 et *αἶσα* Il. 6, 488. Latiori denique significatione hoc verbo omne id insignitur, quod aliqua ratione distributum et constitutum est, ut sors h. e. id quod alicui sortiundo obvenit (Il. 15, 195 Neptunus de Jove: maneat *κρηστάτη ἐν μοίρῃ*) pars seu portio (e. g. carnis Od. 15, 140 et saepius, vel praedae ex bello reportatae Il. 9, 318 *λήϊδος αἶσα* 18, 327 ad hanc significationem referendum quoque videtur: *ἰλπίδος αἶσα*. Od. 19, 84 *αἰδέως*

quae Dii decernant et iubeant, quam maxime certa sint et ita comparata, ut homines iis obsequium praestare debeant, Diis quoque eorumque decretis *αἶσα* seu *μῶρος* adscribitur. Sic Il. 9, 608. *αἶσα* Iovis commemoratur, qua Achilles se honoratum iri confisus, apud naves remanet. Haec *αἶσα* nihil aliud est, quam Iovis consilium et decretum, precibus Thetidis effectum, quo se Troianis victoriam largiturum, at Achivos malis afficturum et ita iniuriam ulturum pollicetur, quam Aga-

μοῖρα. Od. 20, 171. *τίω δὲ μιν ἐν καρδίᾳ αἰῶν* Il. 9, 378. cf. Heyne V. 5. p. 603) *modus* (Il. 4, 170. *αἷ κε Γάνης, καὶ μοῖραν ἀναπλήσῃς βίβροιο; μοῖρ. βιωτ.* das Maß, cui simul notio fatalis necessitatis subest: das vom Schicksal bestimmte Maß (paullo aliter Heynius haec explicat) Od. 19, 592 Penelope dicit: nequaquam licet, homines semper insomnes esse:

— ἐπὶ γὰρ τοῖς ἑκάστῳ μοῖραν ἴθικας
ἀθάνατοι θητοῖσιν — —)

regula, ordo, seu id quod par est et decet (Il. 19, 256 Achivi sedent tacite *κατὰ μοῖραν* audientes regem; *κατὰ μοῖραν* seu *αἶσαν* aliquid dicere vel facere, admodum frequenter ab Homero usurpatur. Il. 1, 286. 3, 59. Od. 9, 352.). Quum iustitia in certo modo et certa regula vertatur, *ἕκαστων* iniustum denotat. Od. 4, 690. *Μοῖρα* pro fortuna secunda, cui *αἰμορῖν* opponitur: Od. 20, 76. Eadem vis inest verbo: *δύσμορος*, *ἄμορος* et *δυσάμορος*, quod ultimum aliquoties in Iliade positum reperitur. *Ἀμύρος*, *expers*. Od. 5, 276.

memnon Achilli fecerat. Eodem modo Il. 17, 321 de Διὸς αἴσῃ sermo est, in eo posita, quod Iupiter Troianos in pugna Achivis superiores esse voluerit (vid. Il. 6, 357. Od. 3, 269. 9, 52. 11, 291, 559. 22, 412. Hymn. in Ven. 167. Cf. locus Aeliani ab Eustathio laudatus et ab Heynio in ed. min. Hom. V. 1. p. 304 excitatus: *μοῖραν μὲν θνητοῖσιν ἀμήχανον ἐξαλείψαι, ἣν ἐπιγυνομένοισιν πατὴρ Ζεὺς ἐγγυάλιξε*) De Diis quoque adhibetur vox *ἱπικλώθω*, qua potissimum fati vis declaratur. Il. 24, 525. Od. 1, 17. 3, 208. 20, 196. Haec duplex αἴσα et proprie sic dicta et ea Deorum, interpretationem singulorum locorum eo difficilem reddit, quod dubii haeremus, quo sensu hoc verbum accipi debeat. E. g. Ilii excidium ad Iovis voluntatem et consilium refertur (Il. 7, 31. Od. 8, 578.); quibusdam autem locis *μόρος* nominatur, a quo Troiae expugnatio pendeat. Quis *μόρος* hic est, fatumne simpliciter? an ille, quem Iupiter constituit? Alio loco (Il. 16, 780) Achivi potentiores Troianis *ὑπὲρ αἴσαν* dicuntur. Hic quoque verbum *αἴσα* nude positum pro fato simpliciter accipiendum esset, nisi *αἴσα* Deorum ideo intelligenda videretur, quod Iupiter Troianis victoriam destinaverat, et his atque Hectori Apollo gloriam praebuerat, perturbationem perniciosam Achivis immittendo. Si quis hanc duplicem *αἴσαν* componere et ad unam speciem redigere vellet, nulla alia ratio pateret, quam haec:

Diis tantummodo ideo adscribi αἶσαν, quod fati scitā exsequuntur. In versu Od. β1, 61:

ἀσέ με δαίμονος αἶσα κακῆ καὶ ἀθέσφατος οἶνος·

αἶσα κακῆ nulla alia esse videtur, quam inimica Daemonis potestas. Pariter: apud Hesiodum μοῖρα et αἶσα notionem potestatis exprimit, sed ita ut res, in quam potestas est concessa, in genitivo addatur. De Hecate v. 413:

μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ θαλάσσης

et v. 422:

— τούτων ἔχει αἶσαν ἀπάντων.

Quae in Hymno in Mercurium de arte vaticinandi Parcarum legebantur (v. 552 sqq.), utpote ab earum potestate aliena, vir eximiae subtilitatis, Hermannus tam egregie emendavit, ut poeta integritati suae restitutus recte haberi possit.

Κῆρ seu Κῆρις sunt fortunae adversae numina, quae mortem et quidem praecipue *) violentam afferunt, verum non ita certam, ut in casuum vicissitudine, et ad temporis momentum nullo pacto declinari possit. Quare loquendi formula apud Homerum frequens: Κῆρ ἀλεείνων, ἀλεύατο ὁ ὑπέκφυγε Κῆρα μίλαιναν,

*) Κῆρις interdum simpliciter mortis vicem sustinent. Il. 12, 326:

— Ἰμπερὶς γὰρ Κῆρις ἐφιστᾶσιν θανάτῳ

μυρίασι, ἀς οὐκ ἔστι φυγίην βροτῶν, εὐδ' ὑπαλύξαι —

Κῆρας αἰώναι. Interdum *κῆρες* nihil diversae a *μοῖρα* s. *αἶσα*, denotant certam speciem certumque modum mortis fato destinatae ideoque haud effugiendae. Il. 13, 663. 599. 9, 411 sqq. 11, 332. 23, 78. In epigrammate ad Cumanos, quod Homero adscribitur, eadem vi usurpatur. *κῆρ*: *κῆρα δ' ἐγὼ, τὴν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ, ἢ τλησομαι κ. τ. λ.* — p 568. Ed. Wetst. an. 1743. De verbo: *κῆρες* cf. Heinrich ad Hesiod. Sc. Hercul. p. 181. sqq.

CAPUT II.

De causis et rationibus, ex quibus opinio de fati numinibus fluxerit.

Cultus horum fati numinum contemplatione et observatione illius necessitatis videtur investus, cuius vis in rerum statu regendo expromitur. Recentiores mythologiae scriptores originem Parcarum non ex Graecorum, sed ex Orientalium, et praesertim ex Aegyptiorum ingenio repetendam et ad astrologiae cultum revocandam esse monuerunt (cf. Hug. p. 238 sqq. et Hammer in den Wiener Jahrbüchern der Litteratur p. 118: Die Siebenzahl der Schicksalsgöttin hat sich auch in dem Mythos der sieben Arabischen und Persischen Parzen erhalten — der Grundbegriff ist die Ordnung der von den Menschen unabhängigen Dinge, als ewiges Gesetz gedacht). Verissimum sane est, Homerum haec

numina non invenisse, sed ex religione aliarum gentium accepisse, quo factum est, ut poeta, qui antiquam illam de Parcis opinionem retinuit, simulque pro epici carminis natura Deos rerum humanarum auctores induxit, sibi ipsi non constet, sed fluctuet, et modo illas, modo hos in mundo regendo superiores faciat. Nam in ratione constituenda, quae inter Parcas et Deos intercesserit, certa principia desiderantur et notio Parcarum cum natura Deorum non satis conciliata et composita in Homeri carminibus exhibetur. Deinde hoc quoque facile concedendum est, fati notionem ex astrologiae principiis et itaque ex cultu naturae mente carentis profuisse, nam nere, quod Parcis tribuitur, perpetuitatem et seriem caussarum indicare videtur, qua alia res ex alia est nexa et apta cf. *Creuz. Myth. T. 3, p. 357.* Sententiam hanc ipsa Parcarum potentia comprobat, quae interitum et populorum et hominum regunt, itaque non animum, sed corpus mortalium aeternis suis legibus illigant et adstringunt. Quum autem ex Homeri sententia ipsi Dii, qui alioquin dominatores naturae inducuntur, fato subiecti sint, quaeri potest, ex quonam fonte haec perfecta necessitas manaverit. Huius ratio ea esse videtur: sunt res, quae nisi toto rerum ordine perverso et rationis legibus sublatis, a pullo et ne quidem a Deo immutari et retractari possint. Etenim si

etiam Deus pro omnipotentia sua, stellas de circulis suis deturbare et orbem frangere possit, tamen non tantum valet, ut quod sibi ipsi repugnet, concilietur, e. g. ut duo bis posita quinque efficiant, mortalis, qua talis, sit immortalis, virtus pro vitio et vitium pro virtute habeatur, et quae sunt eiusmodi. Deinde, natura mentis expertis legibus obtemperat, ad omne aevum firmis et stabilibus, et huius ipsius exemplum Graecos adduxisse probabile est ad fati imperium in res humanas mente effingendum. Cum enim noctium et dierum vicissitudinibus, stellarum conversionibus, anni tempestatibus, quae ordine se excipiunt et redeunt, certam regulam propositam animadvertamus, cum ipsum corpus humanum necessitati sit obnoxium; mirum et ineptum videri possit, si hominis tantum fortuna et conditio vel sui ipsius arbitrio, vel casui sit commissa. Illa autem necessitas, ad quam statuendam Graeci hac argumentatione deferebantur, non solum eam afferebat regulam, quae semper et ubique una eademque omnium vitam regit, sed praeter hanc singularia illa in singulorum hominum fortuna et cuiusque vitae peculiaria. Facile igitur fieri potuit, ut ad has singulares rationes et conditiones, in quibus mortales saepius constitutos cernimus, illa necessitas transferretur, quae generales vitae humanae leges complectitur. Hoc enim per se liquet,

hominem corpore suo, quod partem facit naturae mente carentis, itaque ortu, vita et interitu eidem necessitati esse adstrictum, quam cetera animalia. Libertas igitur et arbitrium hominis, quatenus a corpore pendet, mera necessitate terminatur et huius finibus circumscribitur. Deinde fatum cum natura hoc commune habet, quod illius leges aequae ac prima huius principia nos lateant. Nam nemini concessum fuit, in penetralia et intimos recessus naturae penetrare et isidem velamine detracto intueri. Quodsi enim ad naturae legum causas indagandas et perscrutandas animum adiicias et ad summa principia adscendas, exque iis omnes naturae partes et singula quaeque, quae generantur, derivare velis, omnis ratiocinatio ad ultima delata in eo consistit, ut confiteamur, vires et leges naturae nullam ob aliam causam ita comparatas esse, quam quia sic se habent. Pariter causa, cur Deus existat, investigari et detegi nequit, Deus enim est quoniam est, et recte ineptum habetur, causam causae quaeri. Homini itaque denegatum est usque ad ortum naturae argumentando progredi, et qua ratione ex illo summo et absoluto, ut dicunt, res singulae provenerint, nemo enucleabi te tenodabit sic, ut hunc generandi modum intelligere et ad certam notionem revocare possimus. Hanc enim quaestionem solvere, ei tantummodo

contingeret esse tam felici, qui figuram Dei penitus perspectam et animo perceptam haberet. At hoc nullus valet. Etenim menti humanae intelligentia et informatio tantummodo earum rerum est concessa, quae certis terminis sunt circumscriptae. Atque etiam si talis aliquis Archimedes inter philosophos exstaret, qui in terris constitutus, tamen extra terram se poneret, et sic rerum primordia detegeret, Homerus tamen et Graeci extremae aetatis ab huius modi doctrina alieni erant. Eam enim statuuisse sententiam videntur, cum universam naturam, tum hominum vitam pro parte necessitate in tenebris abdita contineri, quae nec vi, nec precibus, nec consilio se flecti patiatur. Cum priscorum itaque Graecorum religione, quae fere tota in cultu naturae, mente expertis, habitabat, notio fati cohaerere videtur, quod nobis imaginem exhibet summae et absolutae legis, de cuius ortu et causa ratio reddi non potest, et ad quam pervenimus, si argumentationem usque ad extrema concludamus. Ad hanc de fato sententiam firmandam, hoc quoque non leve momentum habuisse videtur, quod, quae homini accidunt, saepius tam mira sunt, ut in eam opinionem propensi redamur, habenas rerum humanarum in manu numinis cuiusdam repositas esse, quod nos regat legibus ignotis atque obscuris. At Homerus non soli necessitati rerum humanarum

regimen assignavit; hoc enim tum in universum ingenio poeseos, quae libero virium lusu nititur, tum indoli carminis epici repugnaret, quod in contentione libertatis et necessitatis versatur. Deinde talis sententia abhorreret ab habitu et modo, qui priscorum hominum in rebus considerandis et diiudicandis proprius erat, quippe qui non id agebant, ut summum aliquod principium invenirent, quo omnes naturae partes, et quidquid in mundo fiat, comprehenderent, sed eorum iudicandi ratio variabat, prout res ad oculos et animum acciderent, eumque afficerent. Rerum autem vicissitudines atque fortunam tum populorum, tum singulorum consideranti, praesertim illi, qui potius communi et vulgari sensu, quam philosophica subtilitate ratiocinetur, non potest non cogitatio oboriri, multa ex casu et arbitrio apta esse, et saepius nec necessitatem nec rationis aequabilitatem, sed cupiditatum et affectuum fluctuantem vim rerum dominam esse. Quae ex his fontibus manare videbantur, ea et ad hominum et ad Deorum arbitrium referebantur. Quare Homerus non ubique, nec in omnium, sed in quorundam tantum modo heroum, et quidem praesertim virtute et gloria eximiorum fortuna describenda fati mentionem iniicit. Duplicem itaque hanc rationem, qua in rebus humanis regendis alia ex necessitate, alia ex arbitrio pendere viden-

tur, ad illud duplex mundi rectorum genus, de quo dictum est, Graeci retulerunt, et quidem pro ingenio suo, quo quidquid naturae debeatur, vel ex mente et sensibus proficiatur, inque iis repositum sit, vel fortuna efficiatur, vel terra nascatur, vitam et animum trahens in personam aliquam abit, atque ex omnibus, et quae in homine sunt et quae extra eum, Deus aliquis effingitur.

CAPUT III.

De rationibus, quae inter fati numina et Deos intercesserint.

Ratio, quae inter haec numina et Deos proprie sic dictos intercesserit, non certius definita apud Homerum invenitur. Quod nemini mirum videri debet, cum poeta notionibus ludens in rerum statu mundique regimine describendo non certa praecepta atque principia exponat, quae in artem redigi possint. Saepius poeta sententia generali aliquid enuntiat, quod ad certos terminos restringendum et non pressius accipiendum est. Abhorret enim a poetica dictione eiusque vim infringit et debilitat, regulam ponere additis distinctionibus et exceptionibus. Hoc enim philosophi, non poetae est, qui non tam ad intelligentiam augendam et locupletandam, quam ad phantasiam alendam carmina pangit. Si itaque Homerus (Od. 10, 306 et all.

Il.) ait, Deos omnia posse, non repugnantiae accusandus, quod alio loco innuit, et esse quaedam, quae a Diis ipsis immutari nequeant, et Deorum voluntatem hominum constantia et virtute perverti et infringi posse. (Cf. Il. 17, 326 sqq. et Heyne ad h. l.) Deinde attendendum, quis et quo consilio is atque quo animi motu sententiam aliquam proferat de Diis eorumque natura. Etenim de una eademque re non possunt non diversi homines diversis ingenjis et diverso animi statu in diversas sententias discedere. Sic mala perpessus aut qui alios calamitatibus oppressos videt, Diis hominum perniciem exprobrat illosque, omnis infelicitatis auctores incusat, at alius bonis vitae gaudens in laudes Deorum excurrit eosque ut bonorum et voluptatum datores celebrat. Hac ratione locus in Iliade (9, 496), quo Phoenix Achillem iram sedaturus eumque, ut cum Agamemnone in gratiam redeat, commoturus, monet, ipsos Deos esse tractabiles et placabiles, conciliari debet cum alio loco in Odyssea (3, 147), quo Deorum animum flecti non posse a Nestore contenditur. Phoenicis enim interest, Deos flexibiles describere, at Nestor narratione sua ad dictum de perseverantia Deorum ducitur, quippe quae redundat ex facto, quod traditur. Pariter ex diversa persona loquentis componenda est Iovis sententia, (Od. 1, 35.) Aegisthum, ὑπερ μόνον Agamemnonem.

occidisse cum huius ipsius dicto, (24, 97) Iovem ei molitum esse interitum sub manibus Aegisthi. Denique hoc quoque hic in iudicium venire videtur, quod, ut Wolfius demonstravit, Homeri carmina nec unum poetam habeant auctorem, nec non deformata sint additamentis seriori tempore male assutis. Ex quibus igitur legibus Dii regimen mundi administraverint, quam late patuerit fati notio, quae partes, qui fines et termini sint necessitatis, quid huic in humana vita sit subiectum, quid casui et Deorum arbitrio relictum et permissum, ex Homeri carminibus distinctius intelligi et erui non potest. Quod quominus quis felici successu perficiat, iam duplex illa *αἴρα* obstat, de qua dictum est. Deinde sunt loci in Homero, qui Deos fato inferiores faciunt; clarissimorum heroum, ut Sarpedonis, Patrocli, Hectoris et Achillis fortuna et interitus ita fato adstricti esse videntur, ut ne dii quidem quidquam immutare valeant. Thetis ipsa Achilli praedicat, eum ex fati decreto non diu vitam tracturum. Vid. ll. 1, 416 sqq. 9, 411. 18, 95. 19, 410. 417 et 421. 24, 132. Sarpedoni et Hectori Iupiter quidem *ὕπερ αἴραν* vitam servare in animo habet, at ab Iunone et Minerva monitus, eos iam diu fato morti esse destinatos, a consilio periculi averruncandi desistit. Cf. 16, 433 sqq. 22, 168 sqq. Illud ipsum, quod Iupiter bis in Iliade, altero loco, ubi

de victoria Troianorum agitur (8, 69), altero, quo Hectoris vita periclitatur (22, 209. cf. 19, 223), libra hominum sortes pensat, nihil aliud significare videtur, nisi hoc, Iovem fati consilium explorare. Cf. Heyne ad h. l. Easdem quidem rationes Eustathius in explicandis his locis sequutus est (cf. ad lib. 8. p. 579); at duplex fatum statuit, et alterum simpliciter necessarium, quod nec a Iove flecti possit, et alterum minus necessarium, quod Iovis arbitrio sit permissum, quum tamen hoc ipsum, quod Iupiter in sorte exercituum constituenda libram adhibet, indicio sit, pugnae eventum in mera Iovis voluntate non verti. Ipsa Minerva (Od. 3, 238) confitetur, Deos mortem propulsare non posse, si quem *Μοῖρ' ἀλοή θανάτῳ* corripuerit. Alio loco (Od. 13, 306 sqq.) Minerva his verbis Ulysses compellat: Dicam, quos dolores ex fato in aedibus tuis perferre debeas; tu autem tolera ex necessitate. Quum Minerva Ulyssi quam maxime faveat et patrocinetur, credibile est, labores, Ulyssi impositos, fuisse eiusmodi, ut ne Dii quidem eos avertere potuerint. Eadem ratione Calypso Ulyssi aperit mala, quae ex fato ei impendeant in itinere suo Od. 5, 206. Ipsum Jovem Nestor dicit (Il. 14, 53 et 54.) non tantum valere, ut facta infecta facere possit. Aliis locis, quod sane mirum est, narratur, aut aliquid contra fatum evenisse, aut facile accidere potuisse, ut res ali-

qua alium quam fato definitum habitura exitum fuisset. Ratio huius sententiae in eo fortasse quaerenda, quod saepius ea, quae quomodo ex lege necessitatis futura sunt, quilibet animo cernere et certis argumentis demonstrare sibi videtur; contra omnium expectationem et usitatam rerum rationem inopinato aliquo casu plane mutantur et ad alium prorsus finem perducuntur, quam quo primitus tetenderint. Loca, quibus declaratur, non solum Deos, sed homines quoque leges fati eludere et irritas facere posse, sunt potissimum haec: Il. 2, 155

Ἀργεῖοισιν ὑπὲρ μοῖρα νόστος ἐτύχθη
εἰ μὴ, κ. τ. λ.

Il. 16, 78. Achivi ὑπὲρ αἴσαν φέρτεροι (quam Troiani) feruntur, Il. 17, 321. Ἀργεῖοι δὲ καὶ κῦδος ἔλον καὶ ὑπὲρ Διὸς αἴσαν κάρτεϊ καὶ σθένει σφετέρῳ. Il. 20, 30. Iupiter timet, ne Achilles ὑπὲρ μόρον murum (Ilii) evertat. Il. 20, 336. Neptunus Aeneam a congressu cum Achille dehortatur, μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν domum orci perveniat. Il. 21, 517. Apollo curat, ne Danaei ὑπὲρ μόρον Ilium expugnent. Od. 5, 436 Ulysses paene ὑπὲρ μόρον undis demersus fuisset. Interdum ὑπὲρ μόρον non est contra, sed extra fati regulam, si scilicet homines absque huius impulsu quidquam rei gerant ex mero suo arbitrio. Od. 1, 34. Iupiter de mortalibus:

σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Quod itaque interdum accidit, ut fatum de natura sua discedat et necessitatis vim deponat, id non aliter iusto iudicio censi potest, quam si poeseos indoles respiciatur. Praeterquam enim, quod in locis allatis multa ex hyperbole dicta esse videantur, cogitandum et considerandum est, nec phantasiam ali, nec expectationem lectorum excitari posse, si in iis enarrandis, quae fatum causam habent, nihil aliud, nisi hoc ipsum inducatur. Quare poeta in descriptione casuum et eventuum, quae fati sunt, ita versari debet, ut fatum quodammodo tollat et specie arbitrii et libertatis capiat lectorum animos, quomodo res evadat, curiosos et sollicitos eorumque studia rebus gestis, quae tradantur, conciliet et quasi adiungat. Homerus igitur de morte Sarpedonis et Hectoris Iovem facit deliberantem, licet eorum interitus a fato esset destinatus. Eodem modo Ulyssi a Calypso et Minerva discrimina et mala peregrinationis suae, tanquam fati scita, praedicuntur, sed cum ad eorum expositionem carmen devolvitur, non ex lege necessitatis ante constituta, sed ex praesenti rerum statu enasci videntur. Ita lex poeseos illaesa servatur, quae vinculorum impatiens omnia ea respuit et aspernatur, quibus usus virium humanarum non solum impeditur, sed penitus tollitur; his enim obscurae regulae illigatis omnis poesis tolleretur.

Interdum Dii et fatum coniunctim et quasi consociatis studiis aliquid perficiunt. Il. 16, 849. Patroclus de se ipso:

ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοή και Λητοῦς ἔκτανεν υἱός

Il. 18, 119. de Hercule

ἀλλά εἰ Μοῖρ' εἰδάμασσε και ἀργαλέος χόλος Ἥρης

Il. 19, 410. Xanthus ad Achillem: appropinquat tibi exitialis dies, at non nos in culpa sumus, *ἀλλά θεός τε μέγας και Μοῖρα κραταίη*. Hic quoque in exemplum adduci potest Minerva, quae ad fatum Hectoris implendum cum Achille vires et potentiam suam consociat. (Cf. lib. 15, 613, quos quidem versus Wolfius uncis inclusit cf. Heyne T. VII, p. 100.). De fato conferantur praeter loca iam allata: Il. 5, 207, 629. 7, 52. 12, 116. 15, 117. 16, 707, 849, 853. 17, 421. 20, 302. 21, 83. 23, 224. Od. 2, 100. 5, 41, 206, 345. 8, 511. 9, 532. 10, 175. 11, 617. Quomodo seniori tempore de fato sententia immutata et variata fuerit, et quid Stoici hac de re praeceperint, exponere nihil attinet. Cf. locus classicus Stobaei l. 1, c. 6. p. 165—192. et qui hic ab Heerenio laudantur, interpretes atque commentatores; deinde Gellius 13, 1, qui, quae temporibus distinguendae sunt, sententias confundit, et adn. virr. doctt. ad h. l.

CAPUT IV.

D e E r i n n y d u s.

Erinyum, quarum non admodum frequens in Homero mentio fit, provincia et munus ex sententia quorundam, ut Boettigéri (cf. die Furienmaske), tam arctis includi limitibus non potest, ut tantummodo ad ultionem perinrii et cognatorum caedis restringatur. Equidem invocantur Erinnyes tanquam periorum vindices

Il. 19, 258.

ἴστω γῶν Ζεὺς

καὶ Ἐριννύες, αἵθ' ὑπὸ γαῖαν

ἀνθρώπους τίνονται, ὅτις κ' ἐπίσρκον ὁμόσση.

enimvero in universum adsurgunt in quemque nefastum et impium ergaque alios iniuriosum atque opem ferunt contumeliâ affectis et quidem praesertim ex paupertate supplicibus, (Od. 17, 475.

ἀλλ' εἶπου πτωχῶν γε θεοὶ καὶ Ἐριννύες εἰσιν)

deinde natu maioribus (Il. 15, 204.

οἷσθ', ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐριννύες αἰὲν ἔπονται)

et quidem his haud dubie hanc ob causam, quoniam verecundia senioris aetatis in officiis pietatis numerabatur (Cf. Heyne ad h. l.). Quam qui in parentibus vel aliis arcta necessitudine iunctis laeserat, in hunc gravi ira exoriebantur Erinnyes. Od. 11, 279. Iocastes Erinnyes inducuntur (ὅσσα τε μητρός

Ἐριννύες ἐκτελέουσι), quae Oedipum doloribus vexent, etsi hic mera culpa absque omni dolo iniuriam matri fecerat; quo clarum fit, Erinnyes non solum flagitia et facinora, sed facta turpia quoquomodo patrata castigare. Eadem ratione Telemachus (Od. 2, 135.) metum e matris Erinnybus procis obiicit flagitantibus, ut eam dimittat: ἐπεὶ μήτηρ στυγεράς ἀρήσει Ἐριννῦς, οἴκου ἀπερχομένη Il. 9, 454 Phoenicis pater diris execrationibus in filium, qui cum eius pellice concubuerat, auxilium Erinnyum implorat. Iupiter infernus et Proserpina perficiunt preces a patre fusas; (versus de Iove inferno suspecti esse videntur cf. Heyne ad h. l.) Il. 9, 571 Erinnyes tanquam Orci et Proserpinae ministra imprecationes Althaeae audire dicitur, in Meleagrum filium factas, quod avunculum suum interfecerat: τῆς δ' ἠερώφοιτις Ἐριννῦς ἐκλυεν ἐξ Ἐρέβουσφι, ἀμείλιχον ἤτορ ἔχουσα. Il. 21, 412 Iunonis Erinnyes (μητρός Ἐριννύες) commemorantur, a Marte Iuendae, quod Troianis auxilietur et a matris partibus discedat. At dubium est, utrum hoc verbo numina illa, an Iunonis furia et ira denotetur. Posteriori significatione verbum Ἐριννῦς usurpari, notum est. Cf. Hesiod. Theogón. v. 472. et Boettiger l. c. p. 105. Quare literis minoribus verbum Ἐριννῦς in editionibus excusum legitur. At qui dubitationem aliquam movere possit, est locus antea citatus, (Od. 12, 279.), ubi μητρός Ἐριν-

νύες ex omnium consensu de numinibus sunt intelligendae. Ad ea ipsa priorem locum Eustathius refert, qui eum ita commentatus est: *ἐριννύας μητρὸς λέγει τὰς μητρικὰς ἀράς, δι' ὧν ἐρεθίζονται κατὰ Φαύλου παιδός.* Cf. Heyne ad h. l. Erinnyum ira et odium eo usque valere videtur, ut non solum ad maleficum, sed quoque ad eius sobolem pertineat. Inspiciantur ea, quae de Pandari ob flagitium quoddam a Iove necati filiabus in *Odyssea* (20; 78) narrantur: *καὶ ῥ' ἔδσαν στυγερῆσιν Ἐριννύσιν αἰμφοπολεύειν.* Quemadmodum autem Furiae tanquam nefastorum vindices mala infligunt, sic earum interesse videtur, ut quis perniciosi quid in se admittat. Iupiter enim *Μοῖρα* et *Eriynyés* (Il. 19; 87.) coniunctae nominantur, quae Agamemnonis menti *ἄτην* iniecerint (cf. *Od.* 15, 234: *τὴν (ἄτην) οἱ ἐπὶ Φρεσὶ Θῆκε θεὰ δασπλήτης Ἐριννύς*). Quae seriori tempore Erinnybus tribuuntur partes, aerumnas in universum in homines effundendi, inde originem traxisse videntur, quod provinciae in facinorosos animadvertendi potestas inesset malorum inferendorum et haec sola spectaretur detracta caussa, cur exerceretur, scelerata nimirum vita. Il. 19, 418 legimus, Xanthi vocem Achilli mortem vaticinantis ab Erinnybus fuisse repressam et cohibitam. Hunc locum Heynius in ed. min. ita commentatus est: „Ne vaticinio vulgentur plura, quam necesse visum, tribuitur alibi Diis, Iovi, Iu-

noni, Parcis; ut ap. Virg. Aen. III, 379. 380. poena quoque infligitur vatibus, plura quam iussi erant, vulgantibus: quod per Erinnyas bene fieri poterat; nam illae poenas exigunt, a scelestis (v. c. de Phineo ap. Apol. II, 220 Apollinis iussu v. 179 sq.). At h. l. vetant, ne plura vaticinetur equus: ex more solemnium vaticiniorum, in quibus plura reticescunt vates, quae nosse intererat. "Ἐσχεθὼν autem, quod hic ponitur, non de vetando videtur intelligendum, sed de eo, quod Erinnyes tanquam vindices eorum, qui nefanda eloquuntur, animo Xanthi obversantur, ideoque is timore Erinnyum correptus plura praedicare verecundatur. Amico autem vel domino mortem instantem praedicere, ideo fortasse nefas existimatum est, quoniam malevolum animum prodit, cuiquam infausta nuntiare, quae audientem si non terrent, attamen percellunt. Quare Xanthius, qui nec ab Achille interrogatus, nec a Diis iussus talia effatur, ob petulantiam suam Erinnyum iras recte horrere videtur. Huic sententiae admodum convenit Achillis responsio:

— τί μοι θάνατον μαντεύεαι, εὐδὲ τί σε χεῖρ.

CAPUT V.

Cui numinum generi administratio iustitiae tribuatur.

Iam accedamus ad hoc, ut videamus, cui numinum generi, quae hactenus descripsi-

mus, administratio iustitiae in Homeri carminibus sit commissa. Quilibet, qui poetam tantummodo cursim et strictim legat, facile intelliget et animadvertet et secundas et adversas res non tam illius fati numinibus, quam Diis auctoribus attribui et adscribi. Animi enim et corporis dotes, a nemine sua sponte et pro lubitu comparatae, sed in quemlibet tanquam donum collatae: ut gloria, divitiae, honores, valetudo, pulcritudo, fortitudo, prudentia, scientia cithara canendi, hae inquam dotes ideo a Diis profectae dicebantur, quoniam in his bonis dispartendis, non tam necessitas quam arbitrium locum obtinere videtur. Deus itaque aliquis tanquam supremus antistes et praeses, illis, quas enumeravi, rebus, praepositus est, in quo ipsae perfectae et omnibus numeris absolutae conspiciuntur et a quo quidquid harum in terram permanet, haustum et delibatum putatur. Uno tantummodo loco, quae ad hominis naturam pertinent, non a Diis sed a fato dicuntur sata: *τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισι* (Il. 24, 49.). At non solum ea, quibus hominis gaudent, sed etiam, quibus dolent, Diis effectoribus imputabantur. Praeter alia loca, quae infra excitabo, unum et quidem satis insignem ex *Odyssaea* (207 201) afferam:

Ζεῦ πάτερ, οὔτις σείῳ θεῶν ὀλεώτερος ἄλλος!

εὐκ' ἐλεαίρεις ἄνδρας, ἔπην δὴ γείναι αὐτός,
μισγόμεναι κακότητι καὶ ἄλγεσι λευγαλίοισιν.

cf. I, 348. 349. et II, 3, 365. Loquutiones: Iu-
piter κακὰ μῆδετο, vel: ἄλγε' ἔδωκεν, vel κακὴν
ἀπάτην βουλευσατο, vel: ἐπὶ γεινομένῳ ἴει κακό-
τητα βαρεῖαν, sunt ita notae, ut eas in memo-
riam revocasse sufficiat. II, 12, 164 Iupiter
Φιλοφειδῆς nominatur. Illud ipsum, quod alias
Parcis attribuitur, ut mors hominum, inter-
dum ad Deos auctores refertur. Cf. II, 14,
464 et Od. 16, 447. In caussis, cur Home-
rus, quantum fieri poterat, Deos rerum hu-
manarum rectores fecerit, ea quoque nume-
randa est, quod in ingeniis Deorum utpote
ad hominum indolem formatis, melius quam
in numinibus, quae nihil nisi necessitatis le-
ges praese ferunt, depingendis vis illa poe-
tica expromitur, quidquid cantu celebratur,
certis lineis circumscribendi et terminandi,
quaeque generalia sunt, per exemplum et
sub specie aliqua exprimendi (individualissem).
Quum itaque rerum humanarum gubernacula
a Diis fere solis tractentur, iustitiae quoque
divinae administratio, pro parte tantummodo
Erinnybus concessa, Diis potissimum deman-
data est. Μοῖρα et Δῖσα ad iustitiam eatenus
non pertinebant, quatenus earum vis ea erat,
ut fortunam et potissimum interitum vel sin-
guli hominis vel populi alicujus constitue-
rent, nulla caussa, quare hoc ita se haberet,
addita. Fatum itaque ut dicunt coecum est,

dum immutabile bonum aequè ac malum obruit. Atqui notionem iustitiae divinae id ipsum illustrat, quod in multis, quae homini contingunt, iustitia cessat, et in iudicium non vocatur.

Ne sententiae, ab Homero Deos potissimum divinae iustitiae administratores et propugnatores induci, iusta fides desit, eam praestabo tum locis allatis, quibus hoc aperte affirmatur, tum provocatione ad fabulam Iliadis et Odysseae, quippe et bellum ob violatum ius hospitii Troianis illatum Iliique excidium, et poenae de procis sumtae ad Deorum voluntatem et auxilium referuntur. En loca: Il. 16, 384

ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελευνή βέβριθε χθρῶν
 ἤματ' ὀπωρινῶ, ὅτε λαβρότατον χεῖι ὕδωρ
 Ζεὺς, ὅτε δὴ ῥ' ἀνδρῶσι κοτεσσάμενος χαλεπήνη,
 οἱ βίη εἰν ἀγορῇ σκολιάς κρῖνωσι θεμιστάς,
 ἐκ δὲ δίκην ἐλάσσωσι, θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγοντες.

cf. Hesiod. ἐργ. κ. ἡμ. v. 237. Od. 3, 133:
 „Iupiter Graecorum reditum ideo calamitatibus infestum reddidit, quoniam non omnes νοήμονες καὶ δίκαιοι fuerunt: Od. 9, 270:

Ζεὺς δ' ἐπιτιμῆτωρ ἱκετῶν τε, ζείων τε, κ. τ. λ.
 Od. 13, 213:

Ζεὺς σφίρας τίθειτο ἱκετήσιος, ὅστε καὶ ἄλλους
 ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται, ἔστις ἀμάρτη.

Od. 14, 284 Iupiter hospitalis νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα.

Od. 71, 485:

καί τε θεοὶ ξείνοισιν εἰκότες ἀλλοδαποῖσι,
παντοίοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόλης,
ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

cf. Hes. ἔργ. κ. ἡμ. 122 sqq. 252 sqq. et interpr. ad hb. ll. — Omnibus his locis, quae allata sunt, Themidis nullam fieri mentionem, forte quis mirari et inde argumentum sumere possit, huic deae in iustitiae legibus tuendis et servandis plane nullas vi-ces esse concessas; provinciam enim, qua fungatur, eam esse, ut Deos in Olympo et homines in terris ad concionem convocet. Od. 2, 69:

(* ἦτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἡμὲν λύει, ἠδὲ καθίζε

cf. ll. 20, 4. et Heyne ad h. l. At illa provincia arcissimo nexu et necessitudine cum iure et legibus coniuncta est. Etenim certum ius ac leges inde natae sunt, quod gentes in unum coierunt consociataeque de rebus suis atque negotiis consultaverunt, atque ex consensu morum et animorum, aut iubendo aut vetando, ad certam normam constituerunt, quid cuique faciendum, quid vitandum sit. Quemadmodum itaque ius a concionibus ori-

*) Eustathius ad h. l.: τινὲς δὲ ἄγαλμα Θέμιδος ἐνόμισαν τοῖς ἐκκλησιαζέουσιν εἰσκομίζεσθαι, πρὸς ὃ καὶ κάθηται φησι καὶ ἐγίγνεται. Haec redolere ingenium ad poeticam descriptionem percipiendam et diiudicandam prorsus inhabile, non est, quod moneamus.

ginem traxit, sic apud Graecos in his iura condebantur et caussae diiudicabantur. Quare in Iliade (II, 807) locus comitiarum gerendorum (*αἴθρον*) et iudiciorum habendorum (*Θέμης*) coniunguntur. Themis itaque licet custodia et praesidio legum et iuris nondum ornata, tamen huius ministra et satelles ab Homero inducitur. Eam enim ab iure non alienam fuisse, loci a me allati contextus docet, quippe quod Themis una cum Iove a Telemacho invocatur, qui procorum iniuriam incusat iisque Deorum iram imprecatur.

Quos potissimum iustitiae servandae prospicere et cavere diximus, Dii, munere suo ita fungebantur, ut iustis poenis malefacta ulciscerentur*). Horum caput est, impia hominum in se ipsis confidentia et effraenata superbia, quae vitam humanam in altiori manu repositam esse nescia, sed viribus suis innixa nullam voluntatem, nullam potentiam, nisi suam agnoscit. Nemo itaque putet, christianam tantummodo religionem in arrogantia ex animis hominum extirpanda versari eamque ut probrosam indignari. Licet enim illius potissimum iudoli conveniat pia modestia, qua bene gnari, fragiles esse nostras spes et fallaces nostras contentiones in nobis

*) De eo, quatenus Dii ipsi homines ad violandas honesti leges sollicitent et invitent, alio loco a nobis disputabitur.

ipsis sitas, Deum tanquam rerum humanarum moderatorem et propositi cuiuslibet perfectorem suspicimus; tamen iam Graecorum animos sensu nostrae infirmitatis et imbecillitatis ex religione tinctos atque imbutos invenimus, ita ut fines transgredi, quos natura homini posuit, nefas putaretur et lex religione sancita esset, neminem spreto Deorum auxilio felici successu res suas curaturum et incepta sua perfecturum. Eventus itaque consilii, alicuius vel incepti non in hominis, sed in Deorum potentia et praesidio reponebatur. Quare frequentes in Homero leguntur loquutiones: in genibus Deorum iacet, hoc Iupiter perficiat et similia. Egregius locus, quo proci, ut sibi a superbia caveant, admonentur, exstat in Odyssea 18, 129:

οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποισσι,
 πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπὶ πνίει τε καὶ ἔρει.
 οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσσεσθαι ὀπίσσω,
 ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ καὶ γούνατ' ὀρώρη.
 ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι,
 καὶ τὰ φέροι ἀεκαζόμενος τετληῖσι θυμῷ.
 τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
 οἷον ἐπ' ἡμᾶρ ἄγῃσι πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
 καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἐμὲλλον ἐν ἀνδράσιν ὀλβίος
 εἶναι,
 πολλὰ δ' αἰτάσθαι ἔριζα, βίη καὶ κάρτεϊ
 εἶκων,

πατρὶ τ' ἐμῷ πίσυρος καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι
 τῷ μὴ τίς ποτε πᾶμπαν ἀνὴρ ἀθεμιστός εἴη,
 ἀλλ' ἔγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ἅττι διδόνει.

Hic pietatis sensus, quemadmodum in religione christiana inde fluxit, quod nos filios excelsi patris, quasi radios summi luminis putamus et nefarium habetur, filios voluntatem patris negligere, a quo eorum vita omniaque bona libata et hausta sint, sic in religione Graecorum videtur repetendus partim ex conscientia infirmitatis humanae, et cuique ingenerata, et ubicunque locorum excitata impedimentis atque periculis, quae undique obiecta nostris consiliis et contentionibus adversatur sineque Diis adiutoribus superari non posse videntur; partim ex Deorum natura, quos auxilio suo non implorato hominibus infensos et infestos fore, et intermissam supplicationem in contentum imperii sui et in iniuriam maiestatis suae accepturos rebantur. Quare audacissimos heroes Diis cedere, eorumque patrocinium implorare videmus, utpote bene doctos, hominis vim et fortitudinem, quae cum Diis contendat, eo ipso frangi et in perniciem contendentis evadere. Il. 5, 407:

— οὐ δηναῖός, ὃς ἀθανάτοισι μάχεται
 οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν,

(cf. Heyne ad h. l. Hic defendit: μάχεται. Utrumque, ut videtur ferri potest; licet sen-

Ἐριννύες ἐκτελέουσι), quae Oedipum doloribus vexent, etsi hic mera culpa absque omni dolo iniuriam matri fecerat; quo clarum fit, Erinnyes non solum flagitia et facinora, sed facta turpia quoquomodo patrata castigare. Eadem ratione Telemachus (Od. 2, 135.) metum e matris Erinnybus procis obiiicit flagitantibus, ut eam dimittat: ἐπεὶ μήτηρ στυγεράς ἀρήσεται Ἐριννῶς, οἴκου ἀπερχομένη Il. 9, 454 Phoenicis pater diris execrationibus in filium, qui cum eius pellice concubuerat, auxilium Erinnyum implorat. Iupiter infernus et Proserpina perficiunt preces a patre fusas; (versus de Iove inferno suspecti esse videntur cf. Heyne ad h. l.) Il. 9, 571 Erinnyes tanquam Orci et Proserpinae ministra imprecationes Althaeae audire dicitur, in Meleagrum filium factas, quod avunculum suum interfecerat: τῆς δ' ἠέρ-φοῖτις Ἐριννῶς ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβουσφιν, ἀμείλιχον ἤτορ ἔχουσα. Il. 21, 412 Iunonis Erinnyes (μητρὸς Ἐριννύες) commemorantur, a Marte luendae, quod Troïanis auxilietur et a matris partibus discedat. At dubium est, utrum hoc verbo numina illa, an Iunonis furia et ira denotetur. Posteriori significatione verbum Ἐριννῶς usurpari, notum est. Cf. Hesiod. Theogón. v. 472. et Boettiger l. c. p. 105. Quare literis minoribus verbum Ἐριννῶς in editionibus excusum legitur. At qui dubitationem aliquam movere possit, est locus antea citatus, (Od. 12, 279.), ubi μητρὸς Ἐριν-

νύες ex omnium consensu de numinibus sunt intelligendae. Ad ea ipsa priorem locum Eustathius refert, qui eum ita commentatus est: *ἐρινύας μητρός λέγει τὰς μητρικὰς ἀράς, δι' ὧν ἐρεθίζονται κατὰ Φαύλου παιδός.* Cf. Heyne ad h. l. Erinnyum ira et odium eo usque valere videtur, ut non solum ad maleficum, sed quoque ad eius sobolem pertineat. Inspiciantur ea, quae de Pandari ob flagitium quoddam a Iove necati filiabus in *Odyssea* (20; 78) narrantur: *καὶ ῥ' ἔδοσαν στυγερῆσιν Ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν.* Quemadmodum autem Furiarum tanquam nefastorum vindices mala infligunt, sic earum interesse videtur, ut quis perniciosi quid in se admittat. Iupiter enim *Μοῖρα* et *Erinnyes* (ll. 19, 87.) coniunctae nominantur, quae Agamemnonis menti *ἄτην* iniecerint (cf. *Od.* 15, 234: *τὴν (ἄτην) οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλήτις Ἐριννύς*). Quae seriori tempore Erinnybus tribuuntur partes, aerumnas in universum in homines effundendi, inde originem traxisse videntur, quod provinciae in facinorosos animadvertendi potestas inesset malorum inferendorum et haec sola spectaretur detracta causa, cur exerceretur, scelerata nimirum vita. ll. 19, 418 legimus, Xanthi vocem Achilli mortem vaticinantis ab Erinnybus fuisse repressam et cohibitam. Hunc locum Heynius in ed. min. ita commentatus est: „Ne vaticinio vulgentur plura, quam necesse visum, tribuitur alibi Diis, Iovi, Iu-

noni, Parcis; ut ap. Virg. Aen. III, 379. 38
 poena quoque infligitur vaticibus, plura quae
 iussi erant, vulgantibus: quod per Erinny
 bene fieri poterat; nam illae poenas exigunt
 a scelestis (v. c. de Phineo ap. Apol. II, 2:
 Apollinis iussu v. 179 sq.). At h. l. vetan
 ne plura vaticinetur equus: ex more solem
 vaticiniorum, in quibus plura reticescunt v
 tes, quae nosse intererat. "Ἐσχεθον autem
 quod hic ponitur, non de vetando videtur
 intelligendum, sed de eo, quod Erinnyes tam
 quam vindices eorum, qui nefanda eloquuntur,
 animo Xanthi obversantur, ideoque timore
 Erinnyum correptus plura praedica
 verecundatur. Amico autem vel domino mo
 tem instantem praedicere, ideo fortassè ne
 fas existimatum est, quoniam malevoli
 animum prodit, cuiquam infausta nuntiare
 quae audientem si non terrent, attamen per
 cellunt. Quare Xanthus, qui nec ab Achill
 interrogatus, nec a Diis iussus talia effatur
 ob petulantiam suam Erinnyum iras recte
 horrere videtur. Huic sententiae admodum
 convenit Achillis responsio:

— τί μοι θάνατον μαντεύεαι, εὐδέ τί σε χεῖρ.

CAPUT V.

Cui numinum generi administratio iustitiae tribuatur

Iam accedamus ad hoc, ut videamus, cui
 numinum generi, quae hactenus descripsi

mus, administratio iustitiae in Homeri carminibus sit commissa. Quilibet, qui poetam tantummodo cursim et strictim legat, facile intelliget et animadvertet et secundas et adversas res non tam illius fati numinibus, quam Diis auctoribus attribui et adscribi. Animi enim et corporis dotes, a nemine sua sponte et pro lubitu comparatae, sed in quemlibet tanquam donum collatae: ut gloria, divitiae, honores, valetudo, pulcritudo, fortitudo, prudentia, scientia cithara canendi, hae inquam dotes ideo a Diis profectae dicebantur, quoniam in his bonis disertiendis, non tam necessitas quam arbitrium locum obtinere videtur. Deus itaque aliquis tanquam supremus antistes et praeses, illis, quas enumeravi, rebus, praepositus est, in quo ipsae perfectae et omnibus numeris absolutae conspiciuntur et a quo quidquid harum in terram permanet, haustum et delibatum putatur. Uno tantummodo loco, quae ad hominis naturam pertinent, non a Diis sed a fato dicuntur sata: *τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισι* (Il. 24, 49.). At non solum ea, quibus hominis gaudent, sed etiam, quibus dolent, Diis effectoribus imputabantur. Praeter alia loca, quae infra excitabo, unum et quidem satis insignem ex *Odyssaea* (207 201) afferam:

Ζεῦ πάτερ, οὔτις σέῃ θεῶν ὀλεώτερος ἄλλος!

εὐκ ἐλεαίρεις ἄνδρας, ἔπην δὴ γείναί, αὐτός,
μισογέμεναι κακότητι καὶ ἄλγεσι λευγαλίοισιν.

cf. I, 348. 349. et II, 3, 365. Loquutiones: Iu-
piter κακὰ μῆδετο, vel: ἄλγε' ἔδωκεν, vel κακὴν
ἀπάτην βουλευσατο, vel: ἐπὶ γεινομένῳ ἰεὶ κακό-
τητα βαρεῖαν, sunt ita notae, ut eas in memo-
riam revocasse sufficiat. II, 12, 164 Iupiter
Φιλοψευδῆς nominatur. Illud ipsum, quod alias
Parcis attribuitur, ut mors hominum, inter-
dum ad Deos auctores refertur. Cf. II, 14,
464 et Od. 16, 447. In caussis, cur Home-
rus, quantum fieri poterat, Deos rerum hu-
manarum rectores fecerit, ea quoque nume-
randa est, quod in ingeniis Deorum utpote
ad hominum indolem formatis, melius quam
in numinibus, quae nihil nisi necessitatis le-
ges praes se ferunt, depingendis vis illa poe-
tica expromitur, quidquid cantu celebratur,
certis lineis circumscribendi et terminandi,
quaeque generalia sunt, per exemplum et
sub specie aliqua exprimendi (individualisiren).
Quum itaque rerum humanarum gubernacula
a Diis fere solis tractentur, iustitiae quoque
divinae administratio, pro parte tantummodo
Erinnybus concessa, Diis potissimum deman-
data est. Μοῖρα et Δῖσα ad iustitiam eatenus
non pertinebant, quatenus earum vis ea erat,
ut fortunam et potissimum interitum vel sin-
guli hominis vel populi alicujus constitue-
rent, nulla caussa, quare hoc ita se haberet,
addita. Fatum itaque ut dicunt coecum est,

dum immutabile bonum aequè ac malum obruit. Atqui notionem iustitiae divinae id ipsum illustrat, quod in multis, quae homini contingunt, iustitia cessat, et in iudicium non vocatur.

Ne sententiae, ab Homero Deos potissimum divinae iustitiae administratores et propugnatores induci, iusta fides desit, eam praestabo tum locis allatis, quibus hoc aperte affirmatur, tum provocatione ad fabulam Iliadis et Odysseae, quippe et bellum ob violatum ius hospitii Troianis illatum Iliique excidium, et poenae de procis sumtae ad Deorum voluntatem et auxilium referuntur. En loca: Il. 16, 384

ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθρῶν
 ἡματ' ὀπωρινῶ, ὅτε λαβρότατον χεεὶ ὕδωρ
 Ζεὺς, ὅτε δὴ ῥ' ἀνδρῶσι κοτεσσάμενος χάλεπῆνη,
 οἱ βίη εἰν ἀγορῇ σκολιάς κρῖνωσι θέμιστας,
 ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγοντες.

cf. Hesiod. ἐργ. κ. ἡμ. v. 237. Od. 3, 133:
 „Iupiter Graecorum reditum ideo calamitatibus infestum reddidit, quoniam non omnes
 νοήμονες καὶ δίκαιοι fuerunt: Od. 9, 270:

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετῶν τε, ξείνων τε, κ. τ. λ.

Od. 13, 213:

Ζεὺς σφείας τίσαστο ἱκετήσιος, ὅστε καὶ ἄλλους
 ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται, ἕσττις ἀμάρτη.

Od. 14, 284 Iupiter hospitalis νεμεσσάται κακά ἔργα.

Od. 71, 485:

καί τε θεοὶ ξείνοισιν εἰκότες ἀλλοδαποῖσι,
παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόλῃας,
ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

cf. Hes. ἔργ. κ. ἡμ. 122 sqq. 252 sqq. et interpr. ad hh. ll. — Omnibus his locis, quae allata sunt, Themidis nullam fieri mentionem, forte quis mirari et inde argumentum sumere possit, huic deae in iustitiae legibus tuendis et servandis plane nullas vires esse concessas; provinciam enim, qua fungatur, eam esse, ut Deos in Olympo et homines in terris ad concionem convocet.

Od. 2, 69:

(* ἢτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἤμην λυεῖ, ἠδὲ καθίζει

cf. ll. 20, 4. et Heyne ad h. l. At illa provincia arctissimo nexu et necessitudine cum iure et legibus coniuncta est. Etenim certum ius ac leges inde natae sunt, quod gentes in unum coierunt consociataeque de rebus suis atque negotiis consultaverunt, atque ex consensu morum et animorum, aut iubendo aut vetando, ad certam normam constituerunt, quid cuique faciendum, quid vitandum sit. Quemadmodum itaque ius a concionibus ori-

*) Eustathius ad h. l.: τινὲς δὲ ἄγαλμα Θέμιδος ἐνόμισαν τοῖς ἐκκλησιάζουσιν εἰσκομίζεσθαι, πρὸς ὃ καὶ ἀθῆνται φασὶ καὶ ἐγείρονται. Haec redolere ingenium ad poeticam descriptionem percipiendam et diiudicandam prorsus inhabile, non est, quod moneamus.

ginem traxit, sic apud Graecos in his iura condebantur et caussae diiudicabantur. Quare in Iliade (II, 807) locus comitorum gerendorum (*ἀγορῆ*), et iudiciorum habendorum (*θέμις*) coniunguntur. Themis itaque licet custodia et praesidio legum et iuris nondum ornata, tamen huius ministra et satellites ab Homero inducitur. Eam enim ab iure non alienam fuisse, loci a me allati contextus docet, quippe quod Themis una cum Iove a Telemacho invocatur, qui procorum iniuriam incusat iisque Deorum iram imprecatur.

Quos potissimum iustitiae servandae prospicere et cavere diximus, Dii, munere suo ita fungebantur, ut iustis poenis malefacta ulciscerentur*). Horum caput est, impia hominum in se ipsis confidentia et effraenata superbia, quae vitam humanam in altiori manu repositam esse nescia, sed viribus suis innixa nullam voluntatem, nullam potentiam, nisi suam agnoscit. Nemo itaque putet, christianam tantummodo religionem in arrogantia ex animis hominum extirpanda versari eamque ut probrosam indignari. Licet enim illius potissimum iudoli conveniat pia modestia, qua bene gnari, fragiles esse nostras spes et fallaces nostras contentiones in nobis

*) De eo, quatenus Dii ipsi homines ad violandas honesti leges sollicitent et invitent, alio loco a nobis disputabitur.

ipsis sitas, Deum tanquam rerum humanarum moderatorem et propositi cuiuslibet perfectorem suspicimus; tamen iam Graecorum animos sensu nostrae infirmitatis et imbecillitatis ex religione tinctos atque imbutos invenimus, ita ut fines transgredi, quos natura homini posuit, nefas putaretur et lex religione sancita esset, neminem spreto Deorum auxilio felici successu res suas curaturum et incepta sua perfecturum. Eventus itaque consilii, alicuius vel incepti non in hominis, sed in Deorum potentia et praesidio reponebatur. Quare frequentes in Homero leguntur loquutiones: in genibus Deorum iacet, hoc Iupiter perficiat et similia. Egregius locus, quo proci, ut sibi a superbia caveant, admonentur, exstat in Odyssea 18, 129:

οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποις,
 πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπὶ πνίει τε καὶ ἔρπει.
 οὐ μὲν γὰρ ποτὲ φησὶ κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω,
 ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ καὶ γούνατ' ὀρώρη.
 ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι,
 καὶ τὰ φέροι αἰκαζόμενος τετλήσι θυμῷ.
 τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
 οἷον ἐπ' ἡμᾶρ ἄγῃσι πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
 καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὀλβιος
 εἶναι,
 πολλὰ δ' αἰτάσθαι ἔριζα, βίη καὶ κάρτεϊ
 εἶκων,

πατρὶ τ' ἐμῶ πόντος καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι
 τῷ μὴ τίς ποτε κάμπαν ἀνήρ ἀθεμίσιος εἴη,
 ἀλλ' ὄγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅ,τι διδοῖεν.

Hic pietatis sensus, quemadmodum in religione christiana inde fluxit, quod nos filios excelsi patris, quasi radios summi luminis putamus et nefarium habetur, filios voluntatem patris negligere, a quo eorum vita omniaque bona libata et hausta sint, sic in religione Graecorum videtur repetendus partim ex conscientia infirmitatis humanae, et cuique ingenerata, et ubicunque locorum excitata impedimentis atque periculis, quae undique obiecta nostris consiliis et contentionibus adversantur sineque Diis adiutoribus superari non posse videntur; partim ex Deorum natura, quos auxilio suo non implorato hominibus infensos et infestos fore, et intermissam supplicationem in contentum imperii sui et in iniuriam maiestatis suae accepturos rebantur. Quare audacissimos heroes Diis cedere, eorumque patrocinium implorare videmus, utpote bene doctos, hominis vim et fortitudinem, quae cum Diis contendat, eo ipso frangi et in perniciem contendētis evadere. ll. 5, 407:

— οὐ δηναίος, ὃς ἀθανάτοισι μάχεται
 οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν,

(cf. Heyne ad h. l. Hic defendit: μάχαιτο.
 Utrumque, ut videtur ferri potest, licet sen-

tentia aliquantum varietur, prout coniunctivus vel optativus ponatur). — Il. 17, 98.

*ὅππότε ἀνὴρ ἐθέλη πρὸς δαίμονα φωνῆ μάχεσθαι,
ὄν κε θεὸς τιμᾶ, τάχα εἰ μέγα πῆμα κυλίσθῃ.*

Deos autem severos insolentiae et impietatis vindices esse, tum mythi satis noti, tum plurima in Homero loca omnimodo testantur. Od. 4, 503 Ajax eo mortem obiisse dicitur, quod verbum superbum (*ὑπερφίαλον*) dixerit, et Diis invitis undas se superaturum affirmaverit. Quocirca Neptunus ira percitus eum undis immersit. Od. 8, 226 Eurytus cum Apolline sagittandi arte certare ausus statim interitu poenas arrogantiae solvit. Easdem luit Thamyris, qui de victoria a Musis referenda gloriatus est, si cum eo cantu contendere vellent. Il. 2, 595. — Similem ob causam liberi Niobae sagittis Apollinis et Dianae conficiuntur, quae se assimilaverat Latonae in natorum multitudine se iactans. Il. 24, 605. — Od. 13, 143 Iupiter Neptuno ultionem eorum concedit, qui viribus et robori obsequentes eum non iusto honore prosequantur.

Praeter has arrogantiae iactationes a Diis vindicatur laesio quorundam humanitatis et pietatis officiorum, quibus hospitalitas*), liberalitas erga supplices, utpote Deorum patrocinio commendatos, atque mortuos sepe-

*) De iuris hospitii natura exponendi infra ubi de humana iustitia disputabitur, aptior locus erit,

liendi iisque iusta faciendi necessitas adnumeratur. Cf. Od. 11, 73, quo in loco anima Elpenoris Ulysses monet his verbis: ne hinc profectus me indefletum et insepultum relin-
 quas: μή τοί τι θεῶν μῆνιμα γένομαι. Hanc lo-
 quutionem solemnem esse scribit Eustathius ἐπι-
 τῶν παρακαλουμένων, μὴ ἀδικεῖν (Vid. p. 418 ed.
 Bas.). Iisdem verbis Hector utitur, mortifero
 vulnere ab Achille sauciatus, ut hunc ob im-
 mitem animum coelestis irae admoneat, qui
 precibus, in ipso mortis articulo fuis, ad-
 duci non potuerat, ut exanimatum corpus
 Priamo reddere sponderet. Violentiam quo-
 que ex Homeri sententia a Diis fuisse repro-
 batam et repressam, e locis quibusdam recte
 colligitur. Vid. Od. 14, 269. Hic ab Ulyse
 narratur, seu potius fingitur, socios suos
 Aegyptiorum agros populatos esse, mulieres
 abduxisse, virosque trucidasse, Aegyptios his
 iniuriis excitatos ad conserendas manus ex
 urbe advenisse. Deinde ita pergit:

— — ἐν δὲ Ζεὺς τερπικέραυτος

Φῦζαν ἐμοῖς ἐτάροισι κακὴν βάλεν — —

(De violentia plenius disseram in altera hu-
 ius disputationis parte). Dii inferi periuro-
 rum vindices ll. 3, 279.

De his, qui ob iniustitiam periire, dicitur:
 σφετέρησιν ἀτασθαλίησιν ὄλοντο, vel: τοὺς δὲ μοῖρ'
 ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα. Od. 22, 317.
 416. 412. — ll. 16, 18 de Graecis:

ὀλέκονται

ὑπερβασίης ἕνεκα σφῆς;

Il. 4, 409 loquutionem: σφετερ. ἀτασθαλ. Heymius et alii interpretes vertunt: stultitia sua; at quoniam hic de spretis auguriis sermo est, non mera stultitia subest, sed ea, quae adiunctam habet impietatem. Utraque igitur significatio coniunctim locum habet, quod pariter in duos alios Odysseae versus valet: l. 1, 7 (cf. 12, 300) et 34.

In iis, quae Graeci et Homerus de poenis infligendis tradunt, hoc singulare est, quod eae non solum de auctore criminis sed pariter de progenie eius et non secus de eo, qui dolo, quam qui mera culpa turpe factum commiserit, dira, ut videtur, severitate exiguntur. Revocentur in memoriam, quae ante de Erinnybus narrata sunt. At, ut hac de re iustum sit iudicium, phantasia in ingenium pristini illius aevi nos insinuemus necesse est, ab hoc nostro eo potissimum discedentis, quod tunc omnia e naturae legibus, ratione non instructae, diiudicabantur. Quemadmodum itaque ex arboribus vegetis et floridis boni fructus, at ex morbosis mali proveniunt; sic a viris, ingenio et virtute eximiis, filii pariter eximii, at ab improbis improbi gigni existimabantur. Soboli itaque gloria, honores et virtutes patrum hereditario quodammodo iure tradebantur, et claro genere prognatum esse in laudem et honorem

vertebatur; ex altera autem parte liberi vitia maiorum, tanquam sanguini suo infusa, in se recipiebant. Ut igitur improbitas et flagitia patris ad filium pertinebant, sic quoque poenae de illo exigendae. Qua de caussa genus flagitiosi tanquam seminarium improbitatis debebatur (Cf. Plut. de sera num. vind. p. 224 sqq. ed. Reisk.). Malefactor autem ipse nulla alia re severius vindicari poterat, quam liberorum suorum pernicie; his enim quilibet gloriabatur eorumque multitudo et salus pro eximio Deorum dono et singulari documento divinae gratiae et benevolentiae habebatur.

Caussa, cur omne factum turpe aequo dolo ac culpa commissum puniretur, in eo quaerenda videtur; quod illud factum tantummodo per se spectaretur, quatenus rerum ordini et legibus naturae repugnaret. Qui igitur turpi facto naturam quodammodo offendebat et contumelia afficiebat, atque ut ita dicam, vim ei infensam prodebat, is a natura ipsa Diisque, tanquam huius moderatoribus repellebatur eaque mala perferre debebat, quae in naturae violatorem redundant. Quin hoc ipsum, quod quis in eam causam incidat, ut quid contra naturam faciat, tantummodo ei accidere posse videbatur, quem Dii gratia sua privare et ita non solum infelicem reddere, sed quoque ad omnium detestationem exponere vellent. Oedipus itaque, qui inscius matrem uxorem duxerat,

Erinnybus sacer erat, quoniam tali facto naturam contaminasset.

Quodsi ex his, quae hactenus disputata sunt, emergit, divinam iustitiam castiganda impietate et in universum animadversione improborum aestimari, non aequè alteram illam legem, quae potius aequitatis putanda est, iustam nimirum bonorum et malorum pro cuiusque virtute inter homines distributionem a Diis servatam videmus. Etenim in hominum fortuna aut secunda aut adversa constituenda non semper virtutis atque honestatis rationem habent, sed quo animo in quemque adfecti sunt, ita eum opibus, honoribus et aliis vitae bonis augment atque honestant, aut his ipsis privant. Illa autem Deorum erga homines affectio, non semper horum pietatem, sed saepius cupiditates atque appetitus Deorum causam habet. Hi enim libidini, odio, superbiae, amori, voluptati et in universum iisdem affectibus, quam homines, sunt obnoxii. Quare cum Dii similiter ac homines inter se dissideant et rixentur, non potest fieri, quin qui alium Deum propitium, eo ipso alium sibi infestum habeat. Ita fit, ut Dii in rebus humanis gubernandis nunc arbitrio suo utantur, nunc sempiternas iustitiae leges adhibeant. Quae de ingenio Deorum sententia eo orta esse videtur, quod mortalium status et fortuna potius ex casu et arbitrio naturae cuiusdam homine

superioris quam ex eorum moribus pendeat hisque conveniat. Insigne exemplum tum Deorum erga homines affectionis, non tam ad rationis leges quam ad arbitrii libidinem comparatae, tum levitatis et licentiae, qua in fortuna hominum regenda versentur, in Iliade exstat (4, 15): Iupiter cum Iunone confabulans dubitat, utrum Paride victo et fugato iterata vice pugna inter Troianos et Achivos excitanda sit, an bellum compesci et omnis omnino discordia componi debeat. His verbis Iunó, vehementi ira exardescit, conquerens, pace inita omnes suos labores ad Ilii interitum susceptos frustra futuros esse. Iupiter ad haec respondet, licet non intelligat, cur Iuno tanto odio Troianos prosequatur, tamen se eam non prohibiturum, quo minus animum infensum iramque furentem satiare et explere possit. Perderet itaque Priamum eiusque prolem, dummodo se non arceret a delendis urbibus, quas ipsa cõleret et foveret. His non repugnat Iuno et Iovi veniam concedit, urbes sibi caras perdendi.

Praeter haec multis in Homero locis hoc Diis exprobratur et obiicitur, quod in disper-tiendis bonis malos et bonos iuxta habent. Od. 6, 188. 189:

*Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν
ἰσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν; ὅπως ἐθέλησιν ἐκάστω.*

Cf. Od. 1, 349. 4, 236. Il. 8, 141. Adferen-

dus hic quoque memorabilis locus de duobus
 doliis, in limine Iovis repositis, quorum al-
 terum malis, alterum bonis repletum est et
 e quibus fortunam hominum tanquam potum
 aut amarum aut dulcem Iupiter miscet. II.
 24. 52^a 299. Eustathius p. 1501: *οἱ πλείους εἰ-
 μαρυνται ὑπονοεῦσι καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς δοκοῦντα συγ-
 κρησι ἀνθρώποις.* — Haec absque certa formu-
 la ad merum arbitrium instituta bonorum in-
 ter homines distributio, non eo ad iustitiae
 et aequitatis leges dirigitur, quod post dis-
 cretum ex his terris boni bona consequan-
 tur, quibus in vita humana caruerunt, et
 mali ex secunda fortuna, quae iis ultra me-
 ritum obtigerit, in adversam detrudantur.
 Ex Homeri enim descriptione animarum con-
 ditio apud inferos nihil aliud est, nisi exsan-
 guis umbra, vel ut ita dicam, lenis echo in
 tenebris abditaе hominum vitae, cuius vires
 tabuere extincta luminum et colorum varie-
 tate, qua in terris distincta fuit. Eadem ita-
 que rerum humanarum facies in orco, quam
 in terris conspicitur. Minos tanquam rex et
 summus iudex coetui animarum praeest, ea-
 rum causas cognoscit et de iniustis suppli-
 cia exigit. Flagitiosi autem, qui in orco poe-
 nas dant, sunt potissimum ii, qui singulari
 impietate Deorum iram conflare, et hanc ob
 causam cruciatibus affliguntur, alioquin in-
 auditis et quam maxime diris. Ceterum illa
 etas in Diis describendis, qua eos mox in

iustitiae custodiam intentos, mox in omni libidinum intemperantia effusos conspicimus, maximam partem inde provenisse videtur, quod Homerus, ut viri ingenio aequae ac doctrina excellentes Hermannus et Creuzerus in epistolis nuper editis monuerunt, veteris quidem sapientiae doctrinam sequutus est, cum ea autem fabulas et commenta commiscuit, dignitati coelestium parum congrua at omnimodo apta ad vim phantasiae declarandam et ad sensus lectorum illecebris lascivae poeseos captandos.

Quod ad modum attinet, quo Dii in administranda iustitia versentur, eam modo ipsi potentia sua, modo aliis instrumentis exsequuntur. Sic Aiacem, vires suas ita iactantem, ut Diis renitentibus se pontum traiecturum, profiteatur; Neptunus fluctibus obprimit. Ex altera parte Dii ipsi iniuste tractatum servant et periculis eximunt (cf. 14, 348.). At frequentius Dii hanc viam in legibus iustitiae sancendis et tuendis ingrediuntur, ut non ipsi per se, sed per homines interpositos puniant scelestos, aut iniuria afflictis opem ferant, et assistant in vindicandis flagitiis. In exemplum adducimus Minervam, quae Ulyssi in caede procorum non solum opitulatur, sed hunc quoque ad animadversionem in eorum flagitia exhortatur et incitat. Plures in Homero occurrunt loquutiones, quibus coniunctae partes Deorum

et hominum in puniendis criminibus vel in universum in re aliqua peragenda exprimuntur, e. g. Iupiter seu alius Deus gloriam alicui concessit, vel: Deus auxiliator ei fuit, vel: hunc domuit Iupiter sub hasta vel manibus herois alicuius, vel simpliciter: hic succubuit Deo et heroi.

Quae restat quaestio: utrum divina iustitia in puniendis improbis conspicua, necessitate nitatur, an tantummodo interdum et ad casus similitudinem se rebus humanis immisceat, ex ipsa iustitiae notione facile solvitur et diiudicatur. Nam iustitia, quae alterum ex improbis affligit malis, alterum inultum dimittit, se ipsam dignitate sua, quin nomine iustitiae exiit. Quum enim eo iustitia censeatur, quod in iniustos animadvertit, si quem ex his excipiat et impunitum relinquat, iniustitiam probare et se ipsam tollere videretur. Ille autem ex improbis, qui poena affligeretur, iustam haberet conquerendi causam, se sine iusta causa poenam sustulisse. Dum enim alius aequè malus supplicio eximitur, ille non ob malefacta, sed quoniam ita libitum est, poenas pati videtur. Quae itaque divinae iustitiae subest necessitatis notio, nec ab Homero aperte impugnatur vel negatur, nec quidquam in eo legitur, quod huic sententiae contrarium sit et repugnet. Licet enim nullo loco, quantum memini iustitia divina nunquam non rebus huma-

nis praesesse perhibetur, tamen ex altera parte nusquam contrarium affirmatur et nullum exemplum testificatur, illam fortuitam esse, et casus indolem referre. Nam Dii quidem non semper virtute hominum, sed saepius suis ipsorum affectibus ducti bona et mala dispertiunt, attamen non eo usque ad sensum iustitiae obduruerunt, ut facinora patranti iustum supplicium remitterent. Quoad Erinnybus iniustos plectendi provincia commissa est, sponte intelligitur, divinam iustitiam in mera necessitate esse repositam, quippe quod huic soli parent illa numina, omni arbitrio carentia. His, quae generatim erant excutienda, expositis, progredimur ad indolem Iliadis et Odysseae, ex legibus iustitiae censendam.

CAPUT VI.

Argumentum Iliadis et Odysseae, ex legibus iustitiae examinatum.

Si utriusque carminis decursum et finem, ad quem omnia tendunt, et ex quo omnes rationes et partes fabulae suspensae sunt, animo complecteris, divinae iustitiae, tanquam fundamento, totius actionis descriptionem ita superstructam esse invenies, ut illa poemata facta esse videantur ad concelebrandam potentiam illius summae reginae, quae tacito pede et oculos improborum la-

tens per terram incedit vigilans pietatis custos facinorumque severa vindex. Utrumque enim: tum poenae, in procos superbos statutae, in quibus enarrandis summa Odysseae versatur; tum caussa belli Troiani eiusque eventus, Ilii excidium, quod quamvis non descriptum at saepius commemoratum omnem actionem Iliadis regit et collustrat, atque in futurum tempus collatum phantasiam multis modis alit, utrumque, inquam, vim et maiestatem iustitiae divinae testatur et luculentum huius ipsius exemplum exstat. Paridis enim iniuria, belli Troiani caussa et semen, in sacrosanctum ius hospitii incurrebat, quod candidum et illustre documentum humanitatis priscorum hominum recte existimatur. Illud enim hospitii ius, per vitam publicam aequae ac privatam diffusum, eam totam continebat et confirmabat, tamque religiose servabatur, ut hospitem ubicunque locorum obvium, etiamsi in bello esset, iniuria afficere, impium et nefas haberetur et violator huius summi officii se ipsum omni legum custodia et tutela privaret, summo rerum humanarum moderatori poenas daturus. Insignis locus, quo Paridis perfidia taxatur, exstat libro 3, 351, ubi Menelaus cum illo pugnam solitariam initurus Iovem invocat his verbis:

Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι, ὃ με πρότερος κακ' ἔοργε,
Δῖον Ἀλέξανδρον.

ὄφρα τις ἐρύγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων,

Ξεινοδόκον κακὰ ρέξαι, ὃ κεν φιλότητα παράσχη.

cf. 13, 623; hic Menelaus sic perorat in Troiano:

ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἰσχέος οὐκ ἐπιδευεῖς,

ἦν ἔμε λωβήσασθε, κακαὶ κύνες. οὐδέ τι θυμῷ

Ζηγὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν

Ξεινίσυ' ὅστε πότε ὑμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.

οἱ μὲν κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ

μαψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ.

Ad hanc Paridis iniuriam alia accedebat aequaeque gravis ad offensionem divinae iustitiae: foedera a Troianis rupta, quibus sacrificio confirmatis se Helenam tunc Graecis reddituos sponderant, si Menelaus de Paride victoriam reportaret. Licet autem ille hunc vinceret, tamen multum abfuit, ut fructu victoriae potiretur. Paridem enim Venus periculo mortis eximebat et Pandarus ex Deorum consilio Menelaum sagitta vulnerabat. Quare Graeci et in iis praecipue Agamemnon de fraude mendaciisque Troianorum et de religione polluta, quam horum perniciēs Iliique eversio sequutura sit, graviter conqueruntur invocantque Iovem, confisi, eum praestigiarum non esse adiutorem. v. l. 4, 157, 210 et 235. At quis dicere posset, huic Graecorum criminationi et supplicio de Troianis exigendo; hic ideo locum non esse, quoniam Pandarus ex auctoritate Deorum sagittam in

Menelaum coniecerit et divinae iustitiae repugnet, Deos in aliquem ob factum aliquod animadvertere, ad quod ipsi eum impulerint. Illud ipsum autem, quod Dii homines ad perfidiam excitent, documento esse, qualis et quo loco habenda sit illa divina iustitia, quae a nobis quidem satis commendata, re vera autem somnium nostrae mentis existimari debeat. Haec eatenus vera sunt, quatenus recte contendere potest, Graecos utpote ignaros, quomodo et qua de causa Troiani datam fidem fefellerint, nimium graviter in hos invehi. At ex altera parte hoc non praetermittendum est, Pandarum quidem a Diis excitatum, at his non coactum contra foedera egisse. vd. v. 104: τῷ δὲ (Pandaro) φρένας ἄφρονι κείθεν (Minerva). Itaque de culpa et perfidiae crimine Pandarus excusari non potest, licet Dii eum, quem ad iniuriam Graecis inferendam sollicitaverint, iustam et probabilem plectendi causam non habeant. At quum factum Pandari per se spectatum iniustum sit et Dii tanquam iustitiae, facinorum vindicis, ministri ab eius iussis discedere non valeant, ex lege necessitatis ruptores foederum poena afficere debent, etiamsi ipsi perfractarum pactionum auctores et adiutores extiterint. Quam necessitatem Diis sui muneris officium eo magis imponebat, quocertius est, ut antea demonstravi, quodlibet factum turpe quoquo modo patratum, utpote

rerum ordini contrarium, ex Graecorum pristinorum sententia poena castigari et coerceri. Ceterum negari non potest, quod in antecedentibus fusius tractavimus, tantum abesse, ut Dii ideam iustitiae perfectae et omnibus numeris absolutae referant, ut potius cupiditatibus et adfectibus suis saepius nimium indulgeant, et hanc ob causam sibi ipsis non constant.

Iam de Odyssea videamus, in qua censenda primum omnium eorum reprehensioni occurrendum est, qui non poenam et necem procorum, sed Ulyssis mala et errationes Odysseae argumentum et finem esse contendunt ad carminis initium provocantes, quo Homerus Ulyssis fata se cantu celebraturum profitetur. At in exordio, quo Musa invocatur, nihil nisi hoc poeta agit, ut designet heroem, in cuius laudem et honorem carmen conditurus sit, utque in universum pronuntiet, quae sint partes et quae vitae rationes, in quibus constitutum Ulyssèm depingere gestiat. Hae autem vitae rationes, errores nimirum et mala, quae Ulyssèm in reditu ad Ithacam vexarunt, eatenus tantummodo nos movent et retinent, epicoque carmini apta sunt, quatenus incertum est, utrum Ulysses optatorum suorum compos patriam revisat, nec ne. Deinde requiritur, ut ipse reditus non sit nudus a singulari rerum conditione, a qua pendeat et a qua certam formam in-

duat (motiōit). A quibus vero saluti Ulyssis et integritati reditionis suae maximum periculum imminet, procorum insidiae, hoc ipsum efficiunt, quod Odysseae epicam dignitatem iustosque fines addit. Ulyssis enim fata et errores per se non suppetunt, ut actio epica in omnibus suis partibus expleri possit. Nam haec ad iustam implicationem et solutionem apte disposita, sibi ipsi consentanea, in se perfecta, certisque terminis circumscripta esse debet. At illae Ulyssis calamitates nihil aliud sunt, nisi series casuum, qui extrinsecus copulati, nec iustam implicationem et solutionem habent, nec totum aliquid efficiunt, quod e partibus constet, inter se bene nexis et necessitate quadam colligatis. Si itaque in Odyssea nihil nisi hoc exponeretur, quomodo Ulysses in profectioe in patriam undis et periculorum vicissitudinibus iactatus et a malo in malum delapsus tandem domum perveniret, non posset haec enarratio nomine carminis epici digna censi. Ad illas igitur calamitates, quibus Ulyssis a Neptuno affligitur, aliquid accedat necesse est, quo ipsae colligantur et terminentur atque ad certum finem dirigantur, ne locus quidam desideretur, ad quem omnes fabulae partes redeant, vel ut ita dicam, ad quem omnes fabulae radii confluant. Talis autem ratio subest Odysseae, et quidem eo, quod inter Ulyssis reditum et pro-

corum caedem arctissimus nexus intercedit. Dum enim hî patrimonium Ulyssis consumunt, et devorant, omnem rem domesticam eius petulantia sua et protervitate turbant et convellunt, summa imis miscent, uxorem importuna perseverantia ambiendo in angorem et perturbationem coniciunt, Telemacho insidias struunt, dum igitur et hic et illa sollicita expectatione et spe adventum Ulyssis operiuntur; lectores quoque inter spem et metum suspensi tenentur, quomodo res evadat, utrum Ulysses tandem redeat et effraenatam libidinem procorum cohibeat eosque iusta poena coerceat, an ipsis iniuriae et facinora, quae nullus non potest non indignari, inulta et impunita discedant. Apparet itaque, procorum vindictam et interitum principium et caput Odyssaeae esse et iure pro eius nervis haberi. Quod ita esse, iam eo patet, quod in primis quatuor libris et deinde a decimo quarto ea potissimum tractantur, quae ad procorum male facta et caedem pertinent, quodque e casibus, qui Ulyssi, in Ithacam naviganti, acciderunt, plerique non ab Homero, sed ab Ulysse in Phaeacum conventu narrantur; itaque non partem integram carminis, sed tantummodò episodium efficiunt.

His expositis ad testimonia progrediamur, quibus, quo loco iniuriae et malefacta procorum sint habenda, declaratur atque innui-

tur, his aliquando severum ultorem esse ad-
 futurum. Quae enim et committebant, et
 machinabantur, flagitia; magna sane erant
 et gravia, quippe in ea iura incurrebant,
 quae violare nefas et impium censebatur. Ni-
 hil enim tam sancte et religiose colebatur,
 et tanta diligentia atque severitate tanquam
 templum ab aliorum iniuria securum et in-
 colume praestabatur, quam cuiusque domus
 et familia et cum hac intima necessitudine
 coniunctum ius hospitii. Haec omnis priva-
 tae vitae praesidia et firmamenta proci mul-
 tifarum concutiebant paeneque evertent,
 ut iam antea dictum est satisque constat, at-
 que huic importunitati et ferociae eo cumu-
 lum addebant, quod Ulyssem in sua ipsius
 domo, quam sub persona mendici intraverat,
 hospitio exceptum a Telemacho, omni hospi-
 talitatis et pietatis officio neglecto, contume-
 lia summa afficiebant (cf. l. 17 et 20.). Eo-
 rum probra Telemachus indignatus exclamat,
 satius esse mori, quam talia nefanda opera
 videre: hospites verberatos et famulas mulie-
 bres vexatas atque violatas (20, 18). Quo-
 circa proci dicuntur plurimis locis: οὔτι νοή-
 μενες, οὐδὲ δίκαιοι (2, 282), ὑπερφίαλοι, ἀλείται
 (20, 121), ἀτάσθαλοι (24, 351; cf. eod. lib.
 v. 457), λώβην ὑβρίζοντες, αἰεκέα μηχανώονται
 (20, 179. 180). Eodem loco: οὐδ' αἰδοῦς μοῖραν
 ἔχουσιν: Commemorantur eorum ἀνοσχέτὰ ἔργα
 (2, 63), ἔργα βίαια (2, 236), θυμολγία καὶ κατ

καὶ ἔργα (23, 64), σχέτλια ἔργα (14, 82), ὑπερ-
 βασίη (22, 64), ὕβρις (24, 351), λάβη (24,
 325). Saepius praedicatur, fore; ut proco-
 rum impietas et mali mores, excitata Deorum
 ira, in eorum perniciem vertant. Telemachus in oratione ad procos (2, 67) his ver-
 bis eos increpat:

— — Θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν,
 μήτι μεταστρέψωσιν ἀγασσάμενοι καὶ κατ' ἔργα.
 λίσσομαι ἡμῖν Ζητὸς Ολυμπίου, ἠδὲ Θέμιστος,
 ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορᾶς ἡμῖν λύει, ἠδὲ καθίξει·

(cf. 2, 144. 1, 379.) Minerva sub persona
 Mentoris Telemachum monet, procos iniu-
 stos et insipientes ignorare necem et fatum,
 quo omnes uno die pereant. Ab Eumaeo
 (14, 82) proci dicuntur:

οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσίν, οὐδ' ἐλεητῶν.
 οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
 ἀλλὰ δίκην τίουσιν καὶ αἰσιμὰ ἔργα ἀνθρώπων.

(cf. 17, 475, 484 sqq. 18, 135 sqq. 20, 215.
 22, 39. Libro vigesimo secundo (v. 318) pro-
 ci feruntur ἀτασθαλίῃσιν diro fato succubuis-
 se. Eadem sententia eodem libro (v. 412)
 legitur:

τούσδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα.
 cf. 23, 64.

PARS II.

De iustitia humana.

CAPUT I.

De agendi libertate interna, qua heroes Homerici instructi fuerint.

Iustitiae divinae indole exposita, quid Homerus de humana senserit, videamus, cuius ingenium et natura ex illa rectè colligi et repeti potest. Divina enim iustitia dum vi muneris sui iustis auxiliatur, iniustos autem castigat et coercet, satis declarat et significat, qui fines et quae partes in universum iustitiae sint, quae hominem fugere et appetere deceat, qui iusti nomen et virtutem prae se ferre velit. Etenim ex iis, quae de divina iustitia disputata sunt, patet, humanae adversari, periuriam, fidem fractam, violentiam, contumeliam, violata hospitii et familiae sancta officia, quibus parentes, liberi, coniuges atque cognati invicem devinciuntur. Leges autem ipsas et iura, quibus hominum societas regitur, munus Themidis satis testatur, non ad meram rationem, quae cuique ingenerata ex se sola agendi praecepta et normam gignat, sed ad populi consensum et voluntatem referri. Quodsi in his adumbrata iustitiae imago cernitur, eam omnibus suis

partibus exprimamus sic, ut a qua explicatio-
nem divinae iustitiae exorsi sumus, agendi
libertatem, sine qua omnem iustitiam nul-
lam diximus, certius describamus eamque ho-
minibus Homericis subesse, luculentis testi-
moniis probemus. Quae explanatio et gravi-
tate sua et eo maxime commendatur, quod
inde elucet, quam perversa sit eorum opi-
nio, qui ex Graecorum sententia totum ho-
minem fato subiectum esse statuunt. Equi-
dem id non negamus, quod neminem fugere
potest, qui ad Graecorum religionem et in
universum horum sentiendi et cogitandi ra-
tionem animum adplicuerit, externis illis caus-
sis, fato et Deorum consilio ea tribui, quae
nunc internae hominis libertati adscribuntur.
Legimus enim Deos hominibus praesto esse
et consiliis et factis, iisque aut animum, ro-
bur, et virtutem addere, aut detrahere, ti-
morem iniicere atque sapientiam et pruden-
tiam eripere. Notissima est locutio: *Φρένας*
ἔξελετο Ζεὺς Il. 6, 234. 17, 470. cf. 18, 311:
βλάπτε Φρένας Ζεὺς Il. 15, 724. cf. Od. 14, 178:
θεοὶ Φρένας ὤλεσαν αὐτοί, Il. 7, 360. 12, 234.
— Il. 20, 242:

*Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρῶσιν ἰφέλλι τε, μινύθει τε,
ὄππως κεν ἐθέλῃσιν· ὃ γὰρ κάρτιστος ἀπάντων.*

cf. Il. 16, 687.

Haec opinio de Deorum efficientia in sin-
gulis hominum propositis et actionibus vel

adiuvandis vel perturbandis inde nata esse videtur, quod saepe accidit, ut quis aut ultra vires ingenii antea proditas quid molliatur et perficiat et ita se ipse superet, aut interdum sibi ipse desit et virtutem atque sapientiam conspici solitam desiderari patiatur. Quoniam haec ex natura et legibus ingenii humani non facile explicari poterant, Dii intercedere putabantur, at non eo usque, ut homo omni libertate agendi exutus nihil esset nisi instrumentum Deorum potentiae. Etenim ii, qui Deorum praestigiis occaecati et mente abalienati malum sibi contrahunt et in perniciem suam ruunt (ad facinora a Diis nullus impellitur, certe eorum potentia non adigitur), se ipsos reos faciunt, saltem non omnem culpam in Deos auctores transferunt. Saepius heroes in iis, quae perperam fecerunt, *ἀτην* excusant et causantur, cui, ut iam ab Hermanno ad Aristotelem animadversum est, eae actiones adscribuntur, quae non tam ex necessitate, quam libertate profectae auctoribus suis noxam adferunt. Etenim quae vel inconsiderate et inconsulto, vel ex cupiditatis effraenatae stimulis geruntur, impulsu *ἀτης* facta putantur ceteroquin alienae a veris criminibus et sceleribus, quae deliberato animo patrantur atque ex impietate et iniustitiae originem trahunt. De homine, ex inconsiderantia lapsa, loquutio frequentatur: *ἀδύτο δὲ θυμῷ*, ut de Oeneo, qui Dianae sa-

cra non fecisse fertur, vel quia oblitus esset, vel quia non advertisset. (Il. 9, 537.) Od. 21, 295 sqq. Centaurus Eurytion vino gravatus in ἄτην incidisse perhibetur: οἶνος Εὐρυτίωνα ἄσεν, et paullo post: ὁ δ' ἐπεὶ Φρένας ἄσεν οἴνω. Duplici forma, licet eadem vi et potestate ἄτη inducitur, aut numinis vicem sustinet, aut in animo humano reponitur ergoque homini imputatur, licet alius, e. g. Deus eum in inconsiderantiae peccatum induxerit. Ipsa ἄτη plerumque tanquam Iovis vel Erinnyum ministra et satelles describitur, quae ex horum numinum imperio et consilio homines laedat. Libro decimo nono Iliadis (v. 86) Agamemnon de iurgio, inter se et Achillem orto, sic verba facit:

— — — — ἐγὼ δ' οὐκ αἰτίος εἰμι,
 ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠερεφοῖτις Ἐρινύς,
 οἶτε μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην.

— — — — —
 πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας αἰᾶται,
 οὐλομένη τῆς μὲν θ' αἰπαλοὶ πόδες, οὐ γὰρ ἐπ'
 οὔδει
 πίνονται, ἀλλ' ἄρα ἤγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

— — — — —
 καὶ γὰρ δὴ νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο, τόν περ ἄριστον
 ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν φάσ' ἔμμεναι.

Narratis, quas Iuno Herculis gratia Iovi struxit, fallaciis, et quo modo Iupiter ad eos

te et intemperante affectu patrauerat, Deorum voluntati imputat:

Ζεῦ πάτερ, ἢ μεγάλας ἄτας ἀνδρῶσι δίδοισθα
 (Il. 19, 270) Quum autem homo ea remove-
 re studeat, quibus sibi ipsi displiceat et quo-
 dammodo infensus reddatur, eius naturae ad-
 modum convenit, culpam perperam factorum
 ad alios transferre auctores, ne quidquam
 offensionis et maculae in se ipso resideat.
 (Cf. Heyne ad lib. 9. v. 85) Quodsi tantum
 abest, ut ἀτη libertatem tollat, ut eam po-
 tius confirmet; haec ipsa tanquam actionum
 humanarum moderatrix sat multis locis ag-
 noscitur. Etenim saepius heroes de cohíben-
 dis vel explendis cupiditatibus suis secum
 deliberant, aut ab aliis admonentur, ne se
 totos affectibus suis tanquam mancipatos de-
 dant, sed ut potius se revocent ad rationis
 leges. Sic Achilles dubius haeret, utrum iram
 reprimat, an Agamemnonem interficiat. Il. 1,
 189: — — — — ἐν δὲ οἱ ἦτορ

στήθεσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριζεν,

ἢ ὄγε — — — —

— — — — Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,

ἢ ἔχολον παύσειεν, ἐρητύσειέτε θυμόν.

Libro nono Phoenix, Ajax et Ulysses Achil-
 lem perpellere student, ut superbiam et fe-
 rociam deponat et se exorari sinat, eumque
 ob pertinaciam incusant et vituperant, a man-
 suetudine et humanitate Graecorum patrocī-

nium commendantes. Versu 636, Dii quidem ἀλληκτόν τε κακόν τε θυμόν in pectore Achillis possuisse dicuntur, hunc autem ratione superari et compesci posse, versus paullo post sequentes satis indicant:

— — — σύ δ' ἴλαον ἔνθεο θυμόν,
αἰδεῖσθαι δὲ μέλαθρον. — —

Alia loca, quae vim et efficaciam libertatis arguunt et produnt, sunt haec: Il. 6, 523. Hector Paridem ob socordiam et remissionem in pugnando his verbis carpit: ἐκὼν μεθήεις τε καὶ οὐκ ἐθέλεις. Loco iam laudato (Il. 17, 328) libertatem ne fato quidem infringi et debilitari posse, affirmatur. Ipsam autem a nulla vitae conditione, qua quis utatur, suspensam et religatam esse, hac sententia enunciatur: Od. 14, 156

ἔχθρὸς γὰρ μοι κείνος, ὁμῶς Ἀίδαο πύλησι
γίγνεται, ὃς πενίη εἰκὼν ἀπατήλια βάζει.

Libertas interna eo quoque agnoscitur, quod multa, quae nec a fato, nec a Diis fluant, soli pravitati et cupiditatibus hominum tribuuntur. Il. 2, 367:

γνώσεται δ', εἰ καὶ θεοπέσιη πόλιν οὐκ ἀλαπάξει
ἢ ἀνδρῶν κακότητι καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο.

Od. 14, 262 et aliis locis, socii Ulyssis ὕβρει ἔξαντες, ἐπισπόμενοι μένει σφῶν dicuntur, quo innuitur, non cedendum et indulgendum esse ferocis animi impetui, quo homines ad effraenatam licentiam efferantur. Ipsi Dii con-

queruntur de libertate hominum, qui sceleribus patrandis non temperent, licet malorum et poenarum satis gaari, quae sceleris auctorem maneat. Quare id potissimum iis exprobrandum esse, quod licet absque fati necessitate crimina committant, tamen Deos ob calamitates perferendas incusent, quas suis flagitiis sibi ipsis consciverint. Od. 1, 32 sqq. Sed in locis allatis acquiescimus et aliis super alios cumulandis eo facilius super sedemus, quo magis animi virtus et magnitudo, qua heroes in perferendis calamitatibus admirationem nostram sibi conciliant, magnificam et excelsam libertatis speciem sub adspectum nostrum subiiciunt.

CAPUT II.

De indole iustitiae Homericæ in universum et de discrepantia, quae inter eam ipsam et nostras de iustitia notiones intercedat.

Libertatem igitur, sine qua tum omnis virtus et iustitia inane mentis commentum existimari deberet, tum carminis epici dignitas plane concideret et corrueret, carmina Homericæ permeare et transire, quum demonstratum sit, iam ad indolem iustitiae accuratius describendam animum applicemus. In qua quaestione solvenda ingenium, mores et omnis vitae status pristini illius aevi in iudicium vocari debent, et diligenter cavendum

est et providendum, ne quis suae aetatis opiniones immiscendo falsa utatur regula, et in alienae vitae exempla, tanquam in speculum sui ipsius inspiciat. Abstrahamus igitur, nos animo ab illarum rerum visionibus, cum quibus perpetua consuetudine quasi coaluimus, ab illis nostrae civitatis institutis, in quibus nascimur et adolescimus, ab illis destinatis sententiis, ad quas, ab incubulis animo nostro infusas, omnes cogitationes et actiones nostrae diriguntur, abstrahamus, inquam, nos, et revocemus ab his iusti iudicii impedimentis, et nullis praëiudicatis opinionibus occaecati, accedamus ad mores antiquorum hominum cognoscendos, qui non disciplina certa, sed natura regebantur; cui se totos ita addixerant et consecraverant, ut ex hac omnis eorum vita succum et sanguinem hauriret. Legibus et regimini civitatis ordinatae nondum adstricti eas artes potissimum tractabant et aestimabant, quas bellum, armorum usus et peregrinantis vitae consuetudo fovebat et alebat, atque, ut hominum eiusmodi indoles fert, in loquendo et agendo cuiuslibet vinculi impatientes omnia animi sensa libere patefaciebant vehementissimis commoti adfectibus tum in iis, quae appetebant, tum in iis, quae fugiebant. Ab hominibus ita formatis nemo certa virtutis et iustitiae praecepta expectare potest, quae a summo aliquo principio descendat et huic subiiciantur, quippe quod

tur, his aliquando severum ultorem esse ad-
 futurum. Quae enim et committebant, et
 machinabantur, flagitia; magna sane erant
 et gravia, quippe in ea iura incurrebant,
 quae violare nefas et impium censebatur. Ni-
 hil enim tam sancte et religiose colebatur,
 et tanta diligentia atque severitate tanquam
 templum ab aliorum iniuria securum et in-
 colume praestabatur, quam cuiusque domus
 et familia et cum hac intima necessitudine
 coniunctum ius hospitii. Haec omnis priva-
 tae vitae praesidia et firmamenta proci mul-
 tifariam concutiebant paeneque evertabant,
 ut iam antea dictum est satisque constat, at-
 que huic importunitati et ferociae eo cumu-
 lum addebant, quod Ulyssem in sua ipsius
 domo, quam sub persona mendici intraverat,
 hospitio exceptum a Telemacho, omni hospi-
 talitatis et pietatis officio neglecto, contume-
 lia summa afficiebant (cf. l. 17 et 20.). Eo-
 rum probra Telemachus indignatus exclamat,
 satius esse mori, quam talia nefanda opera
 videre: hospites verberatos et famulas mulie-
 bres vexatas atque violatas (20, 18). Quo-
 circa proci dicuntur plurimis locis: οὔτι νόη-
 μονες, οὐδὲ δίκαιοι (2, 282), ὑπερφίαλοι, ἀλείται
 (20, 121), ἀτάσθαλοι (24, 351; cf. eod. lib.
 v. 457), λάβην ὑβρίζοντες, αἰεκέα μηχανώοντες
 (20, 179. 180). Eodem loco: οὐδ' αἰδοῦς μοῖραν
 ἔχουσιν: Commemorantur eorum ἀνοχέα ἔργα
 (2, 63), ἔργα βίαια (2, 236), θυμαλγέα καὶ κατ'

καὶ ἔργα (23, 64), σχέτλια ἔργα (14, 82), ὑπερ-
 βασιή (22, 64), ὕβρις (24, 351), λάβη (24,
 325). Saepius praedicatur, fore; ut proco-
 rum impietas et mali mores, excitata Deorum
 ira, in eorum perniciem vertant. Telema-
 chus in oratione ad procos (2, 67) his ver-
 bis eos increpat:

— — θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν,
 μήτι μεταστρέψωσιν ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα.
 λίσσομαι ἡμῖν Ζηνὸς Ολυμπίου, ἠδὲ θεέμιστος,
 ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἡμῖν λύει, ἠδὲ καθίξει·

(cf. 2, 144. 1, 379.) Minerva sub persona
 Mentoris Telemachum monet, procos iniu-
 stos et insipientes ignorare necem et fatum,
 quo omnes uno die pereant. Ab Eumaeo
 (14, 82) proci dicuntur:

οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσίν, οὐδ' ἐλεητῶν.
 οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλείουσιν,
 ἀλλὰ δίκην τίουσιν καὶ αἰσιμὰ ἔργα ἀνθρώπων.

(cf. 17, 475, 484 sqq. 18, 135 sqq. 20, 215.
 22, 39. Libro vigesimo secundo (v. 318) pro-
 ci feruntur αἰτασθαλίῃσιν diro fato succubuis-
 se. Eadem sententia eodem libro (v. 412)
 legitur:

τούςδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα.
 cf. 23, 64.

TITULUS II

DE LEGIBUS AETHIOPUM

CAPITULUM I

*De legibus Aethiopiae, iuxta veterem Historiam
Aethiopiae scriptam.*

Legibus Aethiopiae veteris exponitur. quod Ho-
mirus de Aethiopia scripsit, Thucydides, cuius
legum et consuetudinum et mores describit, et Ro-
mulus, quibus Aethiopiae leges sunt, si mu-
tatae in Aethiopiae leges, Aethiopiae leges ca-
pitulorum et consuetudinum sunt, Thucydides et significat,
quod leges et consuetudines in Aethiopia inusti-
tiae sunt, quae Aethiopiae leges et appetere
debent, quod leges sunt et Thucydides praes se
ferre vult. Thucydides et leges de divina
iustitia desumptas sunt, patet, humanae ad-
versari, perniciam, idem Thucydides, violen-
tiam, contumeliam, violantia hospitii et fami-
liae sacra officia, quibus parentes, liberi,
cognates et cognati invicem derisuntur.
Leges etiam ipsas et leges, quibus hominum
consuetudo regitur, iuxta Thucydides satis testa-
tur, non ad meram rationem, quae cuique
ingenerata ex se sola agendi praecepta et
normam gignat, sed ad populi consensum et
voluntatem referri. Quodsi in his adumbrata
iustitiae imago cernitur, eam omnibus suis

partibus exprimamus sic, ut a qua explicatio-
nem divinae iustitiae exorsi sumus, agendi
libertatem, sine qua omnem iustitiam nul-
lam diximus, certius describamus eamque ho-
minibus Homericis subesse, luculentis testi-
moniiis probemus. Quae explanatio et gravi-
tate sua et eo maxime commendatur, quod
inde elucet, quam perversa sit eorum opi-
nio, qui ex Graecorum sententia totum ho-
minem fato subiectum esse statuunt. Equi-
dem id non negamus, quod neminem fugere
potest, qui ad Graecorum religionem et in
universum horum sentiendi et cogitandi ra-
tionem animum adplicuerit, externis illis caus-
sis, fato et Deorum consilio ea tribui, quae
nunc internae hominis libertati adscribuntur.
Legimus enim Deos hominibus praesto esse
et consiliis et factis, iisque aut animum, ro-
bur, et virtutem addere, aut detrahere, ti-
morem iniicere atque sapientiam et pruden-
tiam eripere. Notissima est locutio: *Φρένας*
ἔξελετο Ζεὺς Il. 6, 234. 17, 470. cf. 18, 311:
βλάβετε Φρένας Ζεὺς Il. 15, 724. cf. Od. 14, 178:
Θεοὶ Φρένας ὤλεσαν αὐτοί, Il. 7, 360. 12, 234.
— Il. 20, 242:

*Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρῶσιν ἰφέλλει τε, μινύθει τε,
ὄππως κεν ἐθέλῃσιν· ὃ γὰρ κάρτιστος ἀπάντων.*

cf. Il. 16, 687.

Haec opinio de Deorum efficientia in sin-
gulis hominum propositis et actionibus vel

adiuvandis vel perturbandis inde nata esse videtur, quod saepe accidit, ut quis aut ultra vires ingenii antea proditas quid molliatur et perficiat et ita se ipse superet, aut interdum sibi ipse desit et virtutem atque sapientiam conspici solitam desiderari patiatur. Quoniam haec ex natura et legibus ingenii humani non facile explicari poterant, Dii intercedere putabantur, at non eo usque, ut homo omni libertate agendi exutus nihil esset nisi instrumentum Deorum potentiae. Etenim ii, qui Deorum praestigiis occaecati et mente abalienati malum sibi contrahunt et in perniciem suam ruunt (ad facinora a Diis nullus impellitur, certe eorum potentia non adigitur), se ipsos reos faciunt, saltem non omnem culpam in Deos auctores transferunt. Saepius heroes in iis, quae perperam fecerunt, *ἀτην* excusant et causantur, cui, ut iam ab Hermanno ad Aristotelem animadversum est, eae actiones adscribuntur, quae non tam ex necessitate, quam libertate profectae auctoribus suis noxam adferunt. Etenim quae vel inconsiderate et inconsulto, vel ex cupiditatis effraenatae stimulis geruntur, impulsu *ἀτης* facta putantur ceteroquin alienae a veris criminibus et sceleribus, quae deliberato animo patrantur atque ex impietate et iniustitiae originem trahunt. De homine, ex inconsiderantia lapsa, loquutio frequentatur: *ἀδύστο δὲ θυμῷ*, ut de Oeneo, qui Dianae sa-

cra non fecisse fertur, vel quia oblitus esset, vel quia non advertisset. (Il. 9, 537.) Od. 21, 295 sqq. Centaurus Eurytion vino gravatus in *ἄτην* incidisse perhibetur: *οἶνος Εὐρυτίωνα ἄασεν*, et paullo post: *ὁ δ' ἐπεὶ Φρένας ἄασεν οἶνω*. Duplici forma, licet eadem vi et potestate *ἄτη* inducitur, aut numinis vicem sustinet, aut in animo humano reponitur ergoque homini imputatur, licet alius, e. g. Deus eum in inconsiderantiae peccatum induxerit. Ipsa *ἄτη* plerumque tanquam Iovis vel Erinnyum ministra et satelles describitur, quae ex horum numinum imperio et consilio homines laedat. Libro decimo nono Iliadis (v. 86) Agamemnon de iurgio, inter se et Achillem orto, sic verba facit:

— — — — — *ἐγὼ δ' οὐκ αἰτίος εἰμι,*
ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς,
οἶτε μοι εἰν ἀγορῇ Φρεσὶν ἔμβαλον ἄγχιον ἄτην.

— — — — —
πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀἴται,
οὐλομένη· τῆς μὲν θ' αἰπαλοὶ πόδες, οὐ γὰρ ἐπ'
οὔδει
πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἤγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

— — — — —
καὶ γὰρ δὴ νῦν ποτε Ζῆν' ἄσατο, τόν περ ἄριστον
ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν φάσ' ἔμμεναι· — —

Narratis, quas Iuno Herculis gratia Iovi struxit, fallaciis, et quo modo Iupiter ad eos

gravi ira incitatus Ἄτην de coelo in terram deiecit; huic autem ingemuit, dum Herculem labores, ab Eurystheo impositos tolerantem videret, Agamemnon sic pergit:

ὡς καὶ ἐγὼν, ὅτε δ' αὖτε μέγας κορυθαίολος Ἐκτώρ
 Ἀργείους ὀλέσκειν ἐπὶ πρύμνησι νέεσσιν,
 οὐ δυνάμην λελαθείσθ' Ἄτης, ἣ πρώτον ἀάσθη.
 ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην, καὶ μευ φρένας ἐξέλετο Ζεὺς.
 ἀψ' ἐθέλω ἀρέσαι, δόμεναί τ' ἀπερείσι' ἄποινα·

cf. Il. 2, 376. Alius locus aequè ad descriptionem Ἄτης insignis exstat in Iliade (9, 496), ubi Phoenix Agamemnoni Achillis gratiam reconciliaturus monet, ut hic sibi caveat, ne ob animi duritiam quidquam adversi patiatur a Λιταῖς offensis, Iovis filiabus:

αἱ ρά τε καὶ μετόπισθ' Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι.
 ἣ δ' Ἄτη σφεναρή τε καὶ ἀρτίπος· οὐνεκα πάσας
 πολλὸν ὑπεκπραθείει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν
 βλάπτουσ' ἀνθρώπους· αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω.
 ὅς μὲν τ' αἰδέσεται κούρας Διὸς, — — —
 τὸν δὲ μέγ' ὤνησταν, — — — — —
 ὅς δὲ κ' ἀνήνηται, — — — — —

λίσσονται δ' ἄρα ταίγε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι,
 τῷ Ἄτην ἄμ' ἐπεσθαι ἵνα βλαφθεῖς ἀποτίσῃ.

(Cf. Heyn. ad lib. 9 et 19.) Pluribus locis eorum, quae Ἄτη molita est et perfecit, Iupiter auctor inducitur. Il. 8, 236.

Ζεῦ πάτερ, ἣ ρά τιν' ἤδη ὑπερμενέων βασιλῆων
 τῆδ' Ἄτη ἀασας, καὶ μιν μέγα κῦδος ἀπηύρας;

Il. 9, 18:

Ζεὺς με μέγα Κρονίδης ἄτη ἐνέδησε Βαρείη.

cf. Il. 2, III. — Il. 19, 270 Achilles ita Iovem alloquitur:

Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἀνδρῶσι δίδουθα!

Od. 15, 234 ἄτη Βαρείη commemoratur, quam Melampodi Erinnyis in mente posuerit. Od. 4, 261 Helenes ἄτη, quam ipsa defleat, ad Aphroditen refertur. Cf. Od. 23, 223. — Il. 6, 356 Paridis ἄτη taxatur, qua Minervam et Iunonem de pulcritudine cum Aphrodite certantes iniuria affecerat. Cf. Il. 24, 28. Loca allata satis declarant et culpam et calamitatem, culpa conflata ἄτη designari, ipsam autem culpam non ex necessitate, sed maximam partem ex libertate originem trahere. Eos enim, qui ex ἄτη quidquam detrimenti ceperunt, facti sui poenitet seque ipsos ob hoc accusant, quod fieri non posset, si ἄτη necessitas inesset.

Il. 9, 115 Agamemnon ad Nestorem, quo eius insolentiam reprehenderat, ita fatur:

ὦ γέρον, οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας.

ἄσάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι! — —

ἀλλ' ἐπεὶ ἄσάμην, φρεσὶ λευγαλέησι πιθήσας,

αἶψ' ἐδίλω ἀρέσαι, — — — —

Eodem modo conqueritur Athilles (18, 104) de impetu irae, quae sibi animum in Agamemnonem commoverit, suamque perniciem acceleravit, dum alio loco, quae incontinen-

te et intemperante affectu patrauerat, Deorum voluntati imputat:

Ζεῦ πάτερ, ἡ μεγάλας ἄτας ἀνδρῶσσι δίδοισθα
(Il. 19, 270) Quum autem homo ea remove-
re studeat, quibus sibi ipsi displiceat et quo-
dammodo infensus reddatur, eius naturae ad-
modum convenit, culpam perperam factorum
ad alios transferre auctores, ne quidquam
offensionis et maculae in se ipso resideat.
(Cf. Heyne ad lib. 9. v. 85) Quodsi tantum
abest, ut ἄτη libertatem tollat, ut eam po-
tius confirmet; haec ipsa tanquam actionum
humanarum moderatrix sat multis locis ag-
noscitur. Etenim saepius heroes de cohiben-
dis vel explendis cupiditatibus suis secum
deliberant, aut ab aliis admonentur, ne se
totos affectibus suis tanquam mancipatos de-
dant, sed ut potius se revocent ad rationis
leges. Sic Achilles dubius haeret, utrum iram
reprimat, an Agamemnonem interficiat. Il. 1,
189: — — — — ἐν δὲ οἱ ἦτόρ

στήθεσσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριζεν,

ἢ ὄγε

— — — — Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,

ἢ ἔχολον παύσειεν, ἐρητύσειέτε θυμόν.

Libro nono Phoenix, Ajax et Ulysses Achil-
lem perpellere student, ut superbiam et fe-
rociam deponat et se exorari sinat, eumque
ob pertinaciam incusant et vituperant, a man-
suetudine et humanitate Graecorum patrocī-

nium commendantes. Versu 636, Dii quidem ἀλληκτάν τε κακόν τε θυμόν in pectore Achillis possuisse dicuntur, hunc autem ratione superari et compesci posse, versus paullo post sequentes satis indicant:

— — — σύ δ' ἴλαον ἐνθεο θυμόν,

αἰδέσσαι δὲ μέλαθρον. — —

Alia loca, quae vim et efficaciam libertatis arguunt et produunt, sunt haec: Il. 6, 523. Hector Paridem ob socordiam et remissionem in pugnando his verbis carpit: ἐκὼν μεθίεις τε καὶ οὐκ ἐθέλεις. Loco iam laudato (Il. 17, 328) libertatem ne fato quidem infringi et debilitari posse, affirmatur. Ipsam autem a nulla vitae conditione, qua quis utatur, suspensam et religatam esse, hac sententia enunciatur: Od. 14, 156

ἰχθῆρες γὰρ μοι κύνος, ὁμῶς Ἀίδαο πύλησι

γίγνεται, ὅς πενήνῃ εἰκὼν ἀπατήλια βάζει.

Libertas interna eo quoque agnoscitur, quod multa, quae nec a fato, nec a Diis fluant, soli pravitati et cupiditatibus hominum tribuuntur. Il. 2, 367:

γνώσεται δ' , εἰ καὶ θεοπέσιη πόλιν οὐκ ἀλαπάξει

ἢ ἀνδρῶν κακότητι καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο.

Od. 14, 262 et aliis locis, socii Ulyssis ὕβρει ἄξαντες, ἐπισπόμενοι μένει σφῶν dicuntur, quo innuitur, non cedendum et indulgendum esse ferocis animi impetui, quo homines ad effraenatam licentiam efferantur. Ipsi Dii con-

queruntur de libertate hominum, qui sceleribus patrandis non temperent, licet malorum et poenarum satis gari, quae sceleris auctorem maneat. Quare id potissimum iis exprobrandum esse, quod licet absque fati necessitate crimina committant, tamen Deos ob calamitates perferendas incusent, quas suis flagitiis sibi ipsis consciverint. Od. 1, 32 sqq. Sed in locis allatis acquiescimus et aliis super alios cumulandis eo facilius super sedemus, quo magis animi virtus et magnitudo, qua heroes in perferendis calamitatibus admirationem nostram sibi conciliant, magnificam et excelsam libertatis speciem sub adpectum nostrum subiiciunt.

CAPUT II.

De indole iustitiae Homericæ in universum et de discrepantia, quae inter eam ipsam et nostras de iustitia notiones intercedat.

Libertatem igitur, sine qua tum omnis virtus et iustitia inane mentis commentum existimari deberet, tum carminis epici dignitas plane concideret et corrueret, carmina HomERICA permeare et transire, quum demonstratum sit, iam ad indolem iustitiae accuratius describendam animum applicemus. In qua quaestione solvenda ingenium, mores et omnis vitae status pristini illius aevi in iudicium vocari debent, et diligenter cavendum

est et providendum, ne quis suae aetatis opinionones immiscendo falsa utatur regula, et in alienae vitae exempla, tanquam in speculum sui ipsius inspiciat. Abstrahamus igitur, nos animo ab illarum rerum visionibus, cum quibus perpetua consuetudine quasi coaluimus, ab illis nostrae civitatis iustitiae, in quibus nascimur et adolescimus, ab illis destinatis sententiis, ad quas, ab incubulis animo nostro infusas, omnes cogitationes et actiones nostrae diriguntur, abstrahamus, inquam, nos, et revocemus ab his iusti iudicii impedimentis, et nullis praeiudicatis opinionibus occaecati, accedamus ad mores antiquorum hominum cognoscendos, qui non disciplina certa, sed natura regebantur; cui se totos ita addixerant et consecraverant, ut ex hac omnis eorum vita succum et sanguinem hauriret. Legibus et regimini civitatis ordinatae nondum adstricti eas artes potissimum tractabant et aestimabant, quas bellum, armorum usus et peregrinantis vitae consuetudo fovebat et alebat, atque, ut hominum eiusmodi indoles fert, iam loquendo et agendo cuiuslibet vinculi impatientes omnia animi sensa libere patefaciebant vehementissimis commoti adfectibus tum in iis, quae appetebant, tum in iis, quae fugiebant. Ab hominibus ita formatis nemo certa virtutis et iustitiae praecepta expectare potest, quae a summo aliquo principio descendat et huic subiciantur, quippe quod

hoc non aliter fieri potest, quam si mens humana se ipsam contemplando in infimos sui ipsius recessus penetret propriasque naturae suae leges indaget. Licet itaque Graeci pristini certa agendi norma carerent, tamen vegetus et vividus sensus recti et honesti, quo imbuti erant, eos ad liberalitatem, ingenium probitatis amorem et elationem ac magnitudinem animi erudiebat et educabat. Ad hunc autem sensum effingendum et certa forma induendum multum momenti habebat omnis vitae ratio, studia, artes et negotia, quibus Graecos vacare diximus. Etenim non possunt non ea, in quibus vires animi exercentur et percolitamur, atque diem operamque consumimus, multam vim habere ad notiones nostras de fine, ad quem nati sumus, et in universum de dignitate humana animo concipiendas. Pro communitate autem et societate, quae inter omnes animi humani partes intercedit, illae vitae rationes et notiones, de quibus paullo ante diximus, multis modis tangunt et afficiunt nostram de virtute et iustitia notitiam. Quare sponte intelligitur, non potuisse fieri, quin iustitia Graecorum pristinorum ab ea nostrae aetatis multum diversa fuerit. Nos enim morum integritatem et iustitiam disiungimus et utramque in diversis locis ponimus, dum illam ad libertatem, quam vocant internam, conscientiam recti et imperium in cupiditates, hanc ad li-

bertatem externam referimus. Talis autem partitio et disiunctio virtutum tantum ea aetate induci et proponi potest, quae a consuetudine naturae avocata in cubicula philosophorum secessit, quaeque, ut infinita cogitandi materia, ut vitae rationes multis modis impeditae et complicatae, iusto iudicio subigantur, fere tota in formulis et disciplinis artium habitat, inque eo elaborat, ut tota hominis conditio ad leges intelligentiae examinetur, omnesque cognitiones in certas classes describantur. At antiqui ea, quae nunc premimur, literarum mole nondum obruti et sepulti, ut rerum notitias secernerent, et certis locis secluderent, ratio illorum temporum non ferebat, quippe quibus non singularis disciplina sed tantummodo elementa disciplinarum extarent, et quidem ea non digesta, sed variis modis mixta et concreta. Quid itaque esset et sibi vellet, iustitiam et morum probitatem dissociare, utriusque singularem disciplinam superstruere, penitus ignorabatur. Una virtus erat, quae sibi ipsi sufficeret et secum ipsa consentiret. Nemo igitur de separanda libertate externa et interna cogitavit, vel suspicatus est, fieri posse, ut quisquam iustus et tamen malus pravusque existeret, servatisque iustitiae legibus virtutem infringeret. Etenim absurdum esse et sibi ipsi repugnare videbatur, aliquem probum simulque improbum esse, laude dignum

num censerî et tamen omnium vituperatione et odio notari. Ius itaque non pro castigatione erat, qui, quid animo voveretur, primum curaret, dummodo cogitata improbitatis non patefierent nec in civium perniciem quidquam ageretur, qui tantummodo cupiditates effraenata licentia se efferent cohiberet, et ne alter alteri quidquam emereret, diligenter cavendum duceret; sed iustitia in intimo pectore recondita, ubi virtus et religio sedem habent, omnis vitae dux gubernatrix existimabatur. Leges omne sanctum, quod a Deo profectum in mente humana spirat vigetque, evocabant et fovebant et quidquam vividi et vegeti in se reclusi habentes, non solum memoriam replebant sed succum ingenii omnimodo alebant. Quare apud antiquos si quaerebatur, quid a morum feritatem morumque barbariem legerit, humanitatis sensum acuerit et excoluerit, quid homines ex peregrinante vita stabiles sedes convocaverit, leges et iura nominabantur. Quam hucusque descripsimus iuris natura, documento est, societatem civilem populorum, quorum Homerus mentionem facit, infantiae proximam esse. Quo certum enim civitas est ordinata et constituta, magis iustitia iustis finibus circumscripta peculiari specie induta a morum probitate diversas partes discedet et certis adstringet legibus; quibus externae hominum actionum

reguntur. Quodsi Homini iustitia in primis principijs ab hac nostra discedit, nemo mirabitur, illam omnibus suis partibus esse aliam, quam quae nostra aetate colitur. Iustitia enim a philosophis recentioribus inde derivatur, quod quilibet homo pariter ac ceteri ratione instructus, ab omnibus, cum quibus vitae commercium ei intercedat, exigere possit, ne ipsum impediatur, quo minus viribus suis ad leges rationis utatur. Ex hac iustitiae notione quilibet in certos terminos concluditur, sanctos quasi et ab aliorum transitu tutos, nec in aliorum circumscriptionem movendos, intra quos, quidquid lubeat, agendi et moliendi libera facultas est. Ex his patet, aequalitatem notioni iustitiae subesse et ut communis omnium ratio sit, sic quemlibet pari iure gaudere. In hac argumentatione facile ad intelligendum est, solum rationis legem in iudicium vocari detractis et sepositis iis, quibus singulus quisque ingenio et virtute ceteris praestat. At talis ratiocinandi modus a Graecis alienus erat, qui in rebus contemplandis et diiudicandis non singulas earum partes notionibus disiunctas separatim excutiebant, sed quae Graecorum indoles poetica fuit, eas totas et integras animo comprehendebant, cunctis ingenii viribus in usum adhibitis. Naturam enim, quae in generando non disiunctionem notionum curat, sed semper tota et integra est, Graeci

ducem sequebantur in moribus, religione et vita, et quemadmodum ad hanc exigebant, quidquid cogitarent vel agerent, sic hominem non seorsim ex iustitiae officio, sed in univ-ersum ex loco aestimabant, in quo eum ha-tura et virtus constituisset. Omnia itaque naturae dona, quae homini quidquam prae-stantiae addant, grato animo agnoscebant et accipiebant, sive ad pacis sive ad belli ar-tes illa bona spectarent, sive in animum sive in corpus essent collata et in huius vel il-lius viribus conspicerentur. Quare Paris Hec-torem admonet, ne illudat donis, quae Aphro-ditae accepta referat, dona enim Deorum non esse vilipendenda, quippe quod nemo pro-lubitu consequatur. Il. 3, 65:

οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἐκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἔλαίτο.

Si itaque quidquid virtutis singulo cuique in-esset, in iusto honore habebatur, ea tamen potissimum magni aestimabantur et coleban-tur, quae ex antiquorum Graecorum senten-tia virum decerent, fortitudo, audacia, pru-dentia in consulendo atque deliberando de rebus publicis et quae Diis et heroibus cele-brandis addicta et consecrata Deos ipsos pa-tronos et tutores habere putabatur, carmina fundendi et cithara canendi ars et scientia. Ut autem impium putabatur, homini his vir-tutibus instructo iniuriam facere, sic nullus officia iustitiae laesa putabat, si a viro, vir-

tutibus insigni; homo iners et ignavus coer-
ceretur. Quare Ulysses (Il. 2, 198), cum
Graeci ex Agamemnonis oratione, ad tentan-
dos populi animos habita, reditum in patriam
meditantur et parant, reges et principes blan-
dis verbis compellat iisque animum addit,
homines autem e plebe scepro percutit dic-
tisque increpat:

Δαιμόνι, ἀτρέμας ἦσ' ἑσὶ καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε,
οἱ σέο φέρτεροί εἰσι· σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἀνάγκης,
οὔτε πῶτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμωσ, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
οὐ μὲν πῶς πάντες βασιλεύσομεν ἐνθάδ' Ἀχαιοί·

Eodem modo Ulysses Thersiten tractat, qui
ut corpore et specie insignis ad turpitudinem
est, sic ingenium vile et abiectum, invidiae
atque petulantiae plenum moribus suis te-
statum facit. Ipsa autem descriptio, qua
Homerus Thersiten vividis coloribus depin-
git, innuere videtur, deformitate homines ma-
cula ignominiae conspergi et ad contemptum
et detestationem exponi. Quem enim natura
in corpore effingendo neglexerat et ad offen-
sionem oculorum retro habitu et humanae
figurae dissimili induerat, ei infamiae signum
impressum et quasi inustum videbatur; in
quam sententiam Graeci eo facilius fereban-
tur, quo magis ut elegantēs formarum spec-
tatores dignitatem hominis specie externa ex-
pressam cerni sibi persuasum habebant.

Diversitas itaque, qua ipsa natura homi-

nes et corpore et animo disiunxit, diversum quoque ius et diversam iustitiam induxit, quae cuique tantum tribueret, quantum praestantiae animi et ingenii deberetur. Aequalitas autem, quae ex humana ratione repetita secundum nostratum sententiam partem iustitiae facit, Graecis incognita fuit, qui fortem et prudentem ad imperium in ignavos et inertes quodammodo natum putabant. Aequalitatem laudatam et ex qua haec ipsa derivatur, libertatem externam, cuique ob rationis usum concessam, iustitiae notione, quam Graeci animo informatam habebant, non contineri, iam ex eo apparet, quod ex hostibus devictis viri et mulieres in servilem conditionem adducerentur, et in universum servitus iustitiae non adversari putabatur. Graecis itaque non tam commutativa, quam distributiva iustitia, quam vocant, probata erat, quae aequitatis vices sustinet, dum in quemque confert, quod mereatur, in probum et strenuum honores et praemia, in improbum et ignavum mala, poenas, infamiam. Quare aliquoties ab Homero perhibetur, virum virtute insignem et clarum praemiis et honoribus esse ornandum, et aequitati repugnare, in ignavum et fortem aequas praedas partes distribui. ll. 9, 318. 319. ll. 1, 163 — 165. — Ex his, quae hactenus disputata sunt, sponte intelligitur, iustitiae notionem, quam Homerus carminibus suis expressit,

parum certam nec iustis terminis circumscrip-
tam esse; quod autem non eousque valet,
ut in Homero ne quidem significatio et simu-
lacrum iustitiae inveniatur. Hoc enim sane
exhibetur, et quidem necessario, quum in iis,
qui inducuntur, populis species societatis
civilis appareat, quae iustitia carere non pot-
est. Quod enim alter ab altero ita exigere
potest, ut in eo censendo non solum aliorum
iudicium admittatur, sed requiratur, id ex
Homeri sententia potissimum ad iustitiam re-
fertur, cuius munus in eo versatur, ut suum
cuique tribuat, et controversias, ob id ipsum
motas, dirimat et componat, et ita pacem
stabiliat, venerandam et bonorum et perso-
narum custodem. Pax autem et initium et
finis iustitiae est. Quam enim ad iustitiae
partes pertinere diximus, aequatio postula-
tionum, quibus quisque sua consequi studet,
non alia rerum conditione, quum pacifica in
societate humana locum inveniet. Pax enim
stare non potest sine agnitione dignitatis hu-
manae, id est rationis et virtutis, quae cui-
que officium imponit, corpus et bona cuius-
libet intacta servandi. At haec omnia in
bello alia sunt, quippe hoc in laedendis et
vulnerandis hominibus occupatur. Quare Il.
5, 671 Mars nullam legem agnoscere recte
dicitur. In Homero autem provinciam iusti-
tiae eam esse, ut exaequet, quae sibi prae-
stari alter ab altero exigat, iam verbum

ἰσόν demonstrat, quo significatur, ex iustitiae notione nulli de suo quidquam detrahendum, vel alteri plus iusto tribuendum. Il. 12, 421 sqq. Od. 2, 203. Notionem aequationis voce *ἰσόν* exprimi, *ισάζειν* demonstrat, quod de appendendo per stateram usurpatur. Il. 12, 435. Deinde illis ipsis, quae sunt iuris propria, vocabulis: *θέμις* et *δίκη*, ea potissimum notantur, quae homines a se invicem tanquam perfecte debita exigunt, et quidem non sibi ipsis ius dicturi, sed lites motas ad iudices delatari. Ad iudicia autem exercenda et reddenda reges fuisse constitutos, qui sententia et auctoritate sua hominum de iure contentiones dirimerent, probant *ῥῆσες Ἀχαιῶν δικάσπελοι, οἵτε θέμιστας πρὸς Δίος εἰρύαται*. Il. 1, 237. Od. 11, 185. In hymno in Mercurium hic Deus cum Apolline debubus abactis litigans, ad Iovis iudicium his verbis provocat; v. 312:

*δοῦς δὲ δίκην καὶ δέξο παραὶ Ζηνὶ Κρονίωνι,
καίθι γὰρ ἀμφοτέροισι δίκης κατέκειτο τάλαντα.*

v. 324.

Libro decimo nono (v. 180) Ulysses in colloquio cum Achille de iis verba faciens, quibus huic ob iniuriam illatam satisfaciendum sit, Agamemnonis esse dicit, Achillem

*) *ἰσόν* non tantum iustum significat, sed quoque portionem, quae alicui ex iuris et aequitatis rationibus competit. Od. 9, 42. 549.

donis et tanto convivio sibi conciliare, ne quidquam reliquum sit, quod iure ab Agamemnone postulari possit (*ὡς μὴ τι δίκης ἐπιδούς ἔχυσθα*).

Ordo iudiciorum is fuisse videtur, ut iis gerendis reges praesent, licet cuique concessum esset, controversiis finiendis arbitros adhibere. Hi certe commemorantur in descriptione iurgii de mulcta, ob virum interfectum solvenda, Il. 18, 598. Rationem causarum tractandarum publicam fuisse, colligi potest ex litigantibus, qui in scuto Achillis a Vulcano efficti dicuntur, quamvis non satis appareat, utrum haec causa casu et fortuito, an ex usu et consuetudine coram populo acta sit. Ex verbis enim: *λαοὶ δ' εἰν ἀγορῇ ἑσάν ἀθροῖς*, non satis perspicitur, populusne ad nuptias spectandas, quas ante commemorantur, an propter litem convenerit, quae ex caede viri cuiusdam nata erat. Ancipiti huic sententiae indicandae inservit Eustathii distinctio inter *ἀγορὰν λαοφόρον* et *ἀγορὰν τῶν* quam *δημηγορικὸν τῶπον*. Coronam autem populi praesentis non solum litigantes circumstetisae, sed hunc ipsum quoque in partes vocatum esse, colligi potest, ex verbis: *δήμο πικρασίων*: (Eustathius ad haec verba: *ὡς ἐν δημοκρατίᾳ τὴν δίκην ὑποτίθεται λέγασθαι*). Utrique litigantium, e multitudine adiutores erant (*οἱ δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐπηπύοντες πικρῶσι λαοὶ δημογῶροι*).

ως εικός εἰσιν, ἢ καὶ κινὸς ὄχλος ὅποια τὰ τῶν δημοκρατουμένων, Eust.). Iudices sedent γέροντες (ἢ τῷ χρόνῳ, οἱ συνέσει καὶ πολυπειρία πραγμάτων προέχουσιν; ἢ καὶ ἀπλῶς ἄλλως ἔντιμοι, καὶ μὴ τῇ ἡλικίᾳ γέροντες εἶν. Eust.) — Causa ipsa per testes probata esse videtur: ἄμφω θ' ἰσόθῃ ἐπὶ ἰστορίᾳ πείραρ εἰλόσθαι (ἰστορᾷ δὲ, ἢ ὁ μάρτυς, ἢ ὁ κριτῆς — ὅτι δὲ ἰδύους καὶ δράκων καὶ σόλων τοὺς μάρτυρας φησὶν, αἴλιος διονύσιος ἰστορᾷ. Eust. cf. Heyne ad h. l.). Iudices in altioribus sedibus erant collocati: ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις (θρόνοι γὰρ κινῶνται λίθινοι τοῖς ἀθροισμένοις. Eust.) et quidem ἱερῶ ἐνὶ κύκλῳ (διὰ τὴν ἐν αὐτῇ θέμιν καὶ δίκην, Eust. fortasse quoque ob sacra ibi celebrata, II. II, 807:

Ἰεὶ θεῶν Πάτροκλος, ἵνα σφ' ἀγαθῆ τι θέμις τε
ἦν, τῇ δὲ καὶ σφι θεῶν ἐπιτεύχαστο βαιμοί.

Heyne's: „ἱερῶ ἐνὶ κύκλῳ accipio de ipso consessu augusto, venerabili, sacro“, et in observationibus p. 532: „non video, unde loci religio hic veniat.“ At unde veniat, ex versibus laudatis patet. Deinde: „sedent iudices in sacro circulo“, pro: iudicum circulus sacer erat, seu iudices sedentes faciebant sacrum circulum, nec satis Homericum nec omnino Graecum mihi esse videntur. Etenim verbum: „ἐν“ ad omnes omnino sedentes referendum significat, iudices, quotquot sint, sacra circulo circumdatos et inclusos esse. Aliiter res se haberet, si de aliquo dictum esset:

verba fecit: *ἰερῶ ἐνὶ κύκλῳ γερόντων.*) Praecones sceptrā in manibus tenebant, *τοῖσιν ἔπειτ' ἤισσαν, αἰμειβηδὶς δὲ δικάζον.* Cum his (sceptris) iudices surgebant (*ἔστι γὰρ τὸ σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θέμιδος σύμβολον.* Eust. Heynius verbā *ἤισσον* et *δικάζον* non ad iudices, sed ad litigantes refert et *τοῖσιν* explicat: *ἐν τοῖς s. λαοῖς omnibus, s. γέρονσιν.* Utrumque, ut videtur, male et perperam. Etenim *τοῖσιν* ad proxime praecedentia, ad *σκῆπτρα* trahendum. Deinde, quum in versibus antecedentibus non de causam dicitur, sed de iudicibus sermo sit, *ἤισσον* de his tantummodo accipi potest, non autem de illis. Tum causam agentes nec ex Graecorum more considerent, nec ab Homero sedentes perhibentur; quomodo itaque surgere possunt? Denique *δικάζειν* est iudicare, at *δικαζέσθαι*, causam perorare. Cf. Reisk. ind. in Demosth. s. h. v. Ipse Homerus diversa hac significatione activum a medio distinguit. Od. II, 544. 546. Ulysses de armis *δικαζόμενος* fertur, *παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.* Cf. II, 440. II. 23, 574. 579. 8, 531.) In medio iacebant duo auri talenta ei danda, *ὃς δίκην ἰθύντατα εἶποι.* (Sententiam horum verborum dubiam esse et alias personas intelligi posse, quam iudices, quibus illa auri talenta exposita dicantur, recte observat Eustathius: *εἰ μήτι ἄρα ἢ τῷ τεχνικῶς δημιουργήσαντι δικηγόρῳ κείνται μισθὸς κατὰ τοὺς παλακοὺς, ἢ τῶν δικαζομένων τῶ*

μη ψευσαμένω, ὡς προτιμαθέντος τοῦ ψευσαμένου.
 Ad ultimam explicationem commendandam, quam Heynius quoque amplexus est, provocari potest, ad Odysseam (11, 568), ubi de litigantibus ad Minois tribunal eadem leguntur: *δίκας εἶρόντο*. Huc accedit, quod si versus ille ad iudices referatur, non bene erui et exquiri potest, quis e iudicibus optimum et rectissimum ferat iudicium, nisi novus iudex existat, de iudicum sententia iudicaturus. Pro altera autem interpretatione, ex qua: *ὃς δίκην ἰθύνατα εἶπη*, de iudicibus accipiuntur, tum hoc afferri potest, quod in antecedentibus poeta de iudicibus verba fecit, et non probabile est, partibus iudicum expositis, orationem redire ad litigantes, tum usus verborum, *ἰθύνω* et *ἰθύς*, quae in iudiciis describendis solemnia sunt. Nam *δίκαι ἰθείαι* opponuntur *σκολιῆσι*.

In explicando iudicum munere Minos quoque adducendus, qui in Orco lites animarum dum causas perorant, cognoscit et componit. Od. 11, 568. Hic locus ideo ad nostram de iure disputationem facit, quod apud inferos idem ac in terris inter vivos rerum status invenitur, isque ad ea compositus est, quae in societate humana geruntur. Ex Menelai oratione, quam de lite, inter se et Antilochem orta, habet, ea iudicum provincia est, ut in nullius gratiam ius reddant, sed rectum iudicium ferant. (Il. 23, 570 sqq.) —

Ob caussarum multitudinem iudicandi provinciam saepius perquam molestam fuisse, colligi potest ex Odyssea 12, 439:

— ἡμους δ' ἐπὶ δέσπον ἀνὴρ ἀγορεύθην ἀνίστη,
κρίνον νύκτα πολλά δικάζομένων αἰζηῶν,
τῆμος κ. τ. λ.

Igitur *δίκη* et *θέμις* *) praecipue ad eam agendi rationem refertur, qua corpus, dignitas et bona hominum salva et illaesa praestantur et quidem potissimum eatenus, quatenus illa agendi norma moribus et legibus est constituta, quas populus in concionibus iussit. Ver-

*) Quum iudicum sententia definiat, quid alter ab altero exigere possit et ipsis litigantibus certam agendi regulam praescribat, verbis *θέμις* et *θεμιστιόν* interdum vis iudiciorum reddendorum tribuitur. Il. 16, 307. Od. 11, 568. Ultimo loco et libro nono v. 114 *θεμιστιόν* utramque significationem et leges condendi et iudicia reddendi et igitur in universum ius constituendi habere videtur, licet Eustathius in explicando versu 114, l. 9. tantummodo ad priorem respiciat. Horum autem vocabulorum significatio tam late patet, ut in universum id expriment, quod fas, quod licitum, quod usitatum, quod moris sit, quod legi alicui conveniat, sive haec ad animum, sive ad corpus et physicas rationes spectet: *θέμις*, Il. 2, 73. 9, 33, 134, 276. 11, 779. 23, 44, 581. 24, 652. Od. 3, 45, 187. 9, 268. 10, 73. 11, 450. 14, 66, 130. 16, 91. 24, 285. *δίκη*, Od. 4, 691. 11, 217. 14, 59. 18, 274. 19, 43, 268. 24, 254. Hymn. in Apoll. v. 458.

documentum necessitudinis, quae leges et religionem coniunxerit et quomodo iura in iussis Deorum seu vice versa iussa Deorum in legibus fuerint numerata. Hae autem ipsae ab Iove profectae existimabantur (Il. 1, 237 *δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύονται*. cf. Il. 9, 98), et in univcrsum instituta, quae ad leges et ius referebantur, religione sancta erant, ut, qui haec violaret, in poenam coelestem aequc ac humanam incurreret.

In indole iustitiae aestimanda hoc non silentio transeundum est, eam ipsam et probitatem ad sapientiam referri atque cum hac coniungi et iniustum malumque simul pro insipienti et imprudenti haberi, quo clarum fit, cultum morum et intelligentiae ad easdem leges revocari et eadem regula censi. Testis est admodum usitata locutio:

οὔτι νοήμονες, οὔδ' ἔ δικαιοι.

Od. 2, 282 et saepius. Od. 3, 52:

Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένω ἀνδρὶ δικαίω.

Od. 3, 20 de Nestore:

Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρεῖ· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.

Od. 24, 456 quae proci in Ulyssis domo contumeliose et violenter gesserint, nomine *ἄφροσυνάων* appellantur.

CAPUT III.

De societate civili in universum.

Quum societas civilis mater iuris et iustitiae existimari debeat, iam pergamus ad eam ipsam et ad civilem vitam in universum ex Homeri carminibus explicandam et examinandam.

Fundamenta societatis civilis, quibus huius ipsius munimenta et praesidia exstruuntur, sunt sedes fixae, certus habitandi locus et quae inde nascitur, arctior civium inter se coniunctio et necessitudo. Ex his enim rebus patriae notio efflorescit, quae omnes omnino caritates complexa, mentes, studia, ingenia civium consociat et illo amoris vinculo constringit, quo civitas in unum corpus coagmentata societatem animorum efficit, nulla vi superabilem, nullis periculorum casibus dissolubilem, ita ut quilibet, in utilitatem reipublicae vires consumere, operam impendere, bona et vitam profundere, non solum non recuset, sed in religionis et virtutis honorem alacri animo gestiat. Graeci illorum temporum certas quidem sedes incoluerunt, sed non omnimodo fixas, ad quas propensa animi applicatio ex consuetudine tracta illum, qui iuvenilem populorum aetatem occupat, vitae peregrinantis et vagantis amorem abolevisset et perimisset. Exempla itaque in Homero exstant patriarum sedum fa-

cillime derelictarum et cum aliis mutatarum. Od. 6, 6 sqq. Phaeaces a Cyclopibus pulsī Scheriam concessisse narrantur Nausithoo duce, qui urbem, domus, templa aedificaverit, et cuique agros assignaverit. Menelaus Od. 4, 174 in colloquio cum Telemacho in animo habuisse asseverat, Ulyssem Troia reducem cum bonis et filio suo omnibusque populis in Argos traducere ibique ei urbem aliquam incolis eductis habitandam permittere. Hoc rerum statu animis Graecorum is amor patriae insidere non poterat, quo seniori tempore accensi illustria fortitudinis animique magnitudinis specimina edidere, quae candida gloriae suae monumenta historia nunquam non celebrabit et nec temporum iniuria, nec hominum invidia oblitterabit. Haec nemo in eam sententiam accipiat, amorem patriae Graecis pristinis plane incognitum fuisse, nam ipsorum mentes non poterant non desiderio eius regionis imbutae esse, in qua nati et educati, omnium, quae homini cara sunt, summa et extrema cumulatam habemus, uxorem, natos, domum, agros et cuncta vitae pignora. Hic sensus spirat in iis, quae Ulysses ad Alcinooum loquitur. Od. 9, 34:

*ὡς οὐδὲν γλυκίον ἢς πατρίδος οὐδὲ τοκῆων
γίγνεται, εἴπερ καὶ τις ἀπόπροθε πόνον οἶκον
γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκῆων.*

Quorum mores ad humanitatem magis excul-
ti, quam ii Graecorum describuntur, Troia-
norum vividior in patriam amor illum ani-
morum consensum arguit, qui tantummodo
in civitate, religione et legibus firmata, ci-
ves colligare potest. Huius in patriam amo-
ris sensum declarat Hector (15, 496), qui
civem decere ait, pro patria mortem obpe-
tere, agi enim bello salutem uxorum et libe-
rorum atque incolumitatem bonorum et pos-
sessionum. cf. 12, 243:

εἰς αἰῶνος ἀριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πατρίης.

Quae elementa societatis civilis Graeci pu-
taverint, ex descriptione Cycloperum patet,
qui rudes, morum agrestes, vix umbram et
speciem aliquam rationis et intelligentiae,
quae sunt quasi nunciae dignitatis humanae,
vita et factis suis referunt. Agriculturam,
quae initia societatis civilis et in universum
humanitatis recte dixeris, nec norunt, nec
curant, satis sibi habentes, armenta pascere.
Nihil iis commune est, sed absque concioni-
bus et legibus sibi solis vivunt in cacumini-
bus montium, singulus autem quisque suis,
uxori et natis iura constituit, ceterosque non
curat. Praeter speculas, quas incolunt, nul-
la aedificia habent, nec urbes, nec templa,
nec domos. Inde apertum est, ex Graecorum
sententia civitatis indolem conspici in con-
iunctione et societate plurium eiusdem origi-
nis familiarum, quae in conciones congrega-

tae de rebus communibus consultant et iura constituent, ne quisquam ad merum arbitrium vel ad cupiditatum indomitam libidinem, sed ad certam normam actiones suas, comparet et instituat. Illae autem familiae inter se coniunctae et origine et numero erant definitae sic ut qui in hunc numerum non esset receptus, civis quoque personam non sustineret, nec iuribus et honore civis frueretur, quippe quia societas civilis illis familiis continebatur. Quare conqueritur Achilles, Agamemnonem sibi Briseidem eripuisse, tanquam honoris exsorti inquilino. II. 16, 59. cf. Heyne ad h. l. — Haec societatis civilis proprietas et constitutio inde repeti debet, quod omnia illius instituta ad familias et genus, quo quis prognatus esset, redirent et exigenterent. Quamobrem peregrinus utpote illis familiis exclusus in nulla antiquitatis civitate quidquam iuris concessum habebat. Eiusmodi autem societas civilis in certum familiarum numerum contracta et conclusa, singulos tanta necessitudine non poterat non inter se copulare et iungere, ut quilibet ceteris cognati loco esset, et iniuriis in societatem civilem commissis neglectio sanctorum erga cognatos officiorum inesse putaretur. Qui itaque bellum intestinum excitaret, expers phratricae, legum et larium habebatur. II. 9, 63:

ὡς εἰκὸς εἰσιν, ἢ καὶ κινῶν ὄχλος ὅποια τὰ τῶν δημοκρατουμένων, Eust.). Iudices sedent γέροντες (ἢ τῷ χρόνῳ, οἱ συνέσι καὶ πολυπυρία πραγμάτων προέχουσιν; ἢ καὶ ἀπλῶς ἄλλως ἔντιμοι, καὶν μὴ τῇ ἡλικίᾳ γέροντες εἶν. Eust.) — Causa ipsa per testes probata esse videtur: ἄμφω θ' ἰέσθην ἐπὶ ἰστορίῳ πείραρ ἰέσθαι (ἰστορῶ δέ, ἢ ὁ μάρτυς, ἢ ὁ κριτὴς — ὅτι δὲ ἰδύους καὶ δράκων καὶ σόλων τοὺς μάρτυρας φησὶν, αἴλιος διονύσιος ἰστοροῖ. Eust. cf. Heyne ad h. l.). Iudices in altioribus sedibus erant collocati: ἐπὶ ξεστοῖσι λίθαις (θρόνοι γὰρ κινῶνται λίθινοι τοῖς ἀθροισμένοις. Eust.) et quidem ἱερῶ ἐν κύκλῳ (διὰ τὴν ἐν αὐτῇ θέμην καὶ δίκην, Eust. fortasse quoque ob sacra ibi celebrata, II. II, 807:

ἔξθ' ἑῶν Πάτροκλος, ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε
ἦεν, τῇ δὲ καὶ σφῆ θεῶν ἐπιτεύχαστο βαίμοι.

Heyneus: „ἱερῶ ἐν κύκλῳ accipio de ipso consessu augusto, venerabili, sacro“, et in observationibus p. 532: „non video, unde loci religio hic veniat.“ At unde veniat, ex verbis laudatis patet. Deinde: „sedent iudices in sacro circulo“, pro: iudicum circulus sacer erat, seu iudices sedentes faciebant sacrum circulum, nec satis Homericum nec omnino Graecum mihi esse videntur. Etenim verbum: „ἐν“ ad omnes omnino sedentes referendum significat, iudices, quotquot sint, sacro circulo circumdatos et inclusos esse. Aliter res se haberet, si de aliquo dictum esset:

verba fecit: *ἱερῶ ἐνὶ κύκλῳ γερόντων.*) Praecones sceptra in manibus tenebant, *τοῖσιν ἔπειτ' ἤισσον, ἀμειβηδὶς δὲ δικάζον.* Cum his (sceptris) iudices surgebant (*ἔστι γὰρ τὸ σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θέμιδος σύμβολον.* Eust. Heynius verba *ἤισσον* et *δικάζον* non ad iudices, sed ad litigantes refert et *τοῖσιν* explicat: *ἐν τοῖς* s. *λαοῖς* omnino, s. *γέρονσιν.* Utrumque, ut videtur, male et perperam. Etenim *τοῖσιν* ad proxime praecedentia, ad *σκῆπτρα* trahendum. Deinde, quum in versibus antecedentibus non de causam dicturis, sed de iudicibus sermo sit, *ἤισσον* de his tantummodo accipi potest, non autem de illis. Tum causam agentes nec ex Graecorum more considerant, nec ab Homero sedentes perhibentur; quomodo itaque surgere possunt? Denique *δικάζειν* est iudicare, at *δικαζόμεθα*, causam perorare. Cf. Reisk. ind. in Demosth. s. h. v. Ipse Homerus diversa hac significatione activum a medio distinguit. Od. II, 544. 546. Ulysses de armis *δικαζόμενος* fertur, *παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.* Cf. II, 440. II. 23, 574. 579. 8, 531.) In medio iacebant duo auri talenta ei danda, *ὃς δίκην ἰδύντατα εἶποι.* (Sententiam horum verborum dubiam esse et alias personas intelligi posse, quam iudices, quibus illa auri talenta exposita dicantur, recte observat Eustathius: *εἰ μήτι ἄρα ἢ τῶ τεχνικῶς δημηγορήσαντι δικηγόρῳ κείνται μισθὸς κατὰ τοὺς παλαιούς, ἢ τῶν δικαζομένων τῶ*

μη ψεύσαμένω, ὡς προτιμωθῆντος τοῦ ψευσαμένου.
 Ad ultimam explicationem commendandam, quam Heynius quoque amplexus est, provocari potest, ad Odysseam (11, 568), ubi de litigantibus ad Minōis tribunal eadem leguntur: *δίκας εἶρόντο*. Huc accedit, quod si versus ille ad iudices referatur, non bene erui et exquiri potest, quis e iudicibus optimum et rectissimum ferat iudicium, nisi novus iudex existat, de iudicum sententia iudicaturus. Pro altera autem interpretatione, ex qua: *ὃς δίκην ἰθύγνاتا εἶπη*, de iudicibus accipiuntur, tum hoc afferri potest, quod in antecedentibus poeta de iudicibus verba fecit, et non probabile est, partibus iudicum expositis, orationem redire ad litigantes, tum usus verborum, *ἰθύγω* et *ἰθύς*, quae in iudiciis describendis solemnja sunt. Nam *δίκαι ἰθύαι* opponuntur *σκολιῆσι*.

In explicando iudicum munere Minos quoque adducendus, qui in Orco lites animarum dum causas perorant, cognoscit et componit. Od. 11, 568. Hic locus ideo ad nostram de iure disputationem facit, quod apud inferos idem ac in terris inter vivos rerum status invenitur, isque ad ea compositus est, quae in societate humana geruntur. Ex Menelaï oratione, quam de lite, inter se et Antilochum orta, habet, ea iudicum provincia est, ut in nullius gratiam ius reddant, sed rectum iudicium ferant. (ll. 23, 570 sqq.) —

Ob caussarum multitudinem iudicandi provinciam saepius perquam molestam fuisse, colligi potest ex Odyssea 12, 439:

— ἡμὸς δ' ἐπὶ δέρον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνίστη,
κρίνον νύκτα πολλὰ δικάζομένον αἰζηῶν,
τῆμος κ. τ. λ.

Igitur *δίκη* et *θίμος* *) praecipue ad eam agendi rationem refertur, qua corpus, dignitas et bona hominum salva et illaesa praestantur et quidem potissimum eatenus, quatenus illa agendi norma moribus et legibus est constituta, quas populus in concionibus iussit. Ver-

*) Quum iudicum sententia definiat, quid alter ab altero exigere possit et ipsis litigantibus certam agendi regulam praescribat, verbis *θίμος* et *θιμοσύνη* interdum vis iudiciorum reddendorum tribuitur. Il. 16, 387. Od. 11, 568. Ultimo loco et libro nono v. 114 *θιμοσύνη* utramque significationem et leges condendi et iudicia reddendi et igitur in universum ius constituendi habere videtur, licet Eustathius in explicando versu 114, l. 9 tantummodo ad priorem respiciat. Horum autem vocabulorum significatio tam late patet, ut in universum id expriment, quod fas, quod licitum, quod usitatum, quod moris sit, quod legi alicui conveniat, sive haec ad animum, sive ad corpus et physicas rationes spectet: *θίμος*, Il. 2, 73. 9, 33, 134, 276. 11, 779. 23, 44, 581. 24, 652. Od. 3, 45, 187. 9, 268. 10, 73. 11, 450. 14, 66, 130. 16, 91. 24, 285. *θιμοσύνη*, Od. 4, 691. 11, 217. 14, 59. 18, 274. 19, 43, 268. 24, 254. Hymn. in Apoll. v. 458.

bis in contrariam partem accipiendis ἀθέμι-
 στος et ἀθεμιστία ειδώς ii potissimum insigniri
 videntur, qui leges in concionibus latas vel
 non norunt, vel non curant; qui agunt vio-
 lenter et contumeliose itaque iniuste ex
 nostra de iusto sententia. De Cyclopibus
 recte Eustathius animadvertit, eos ἀθεμιστους
 dici propter: τὸ μὴ κοινωνικῶς ἔχειν μὴ δὲ πολιτι-
 κῶς θεμιστεύειν κατὰ τοὺς ἐν κοινῷ βουλευόμενους
 καὶ ἄγοράτας. Naturae iuris autem rectius
 existimandae non nihil lucis eo ipso affundi-
 tur, quod eius fontes non scriptae leges, a
 quibus ferendis pristina aetas abhorrerat,
 sed tum eae, quas populis in comitiis scivit,
 tum consuetudines et mores erant. Etenim
 hi, quibus apud omnes fere populos origines
 et semina iuris contineri videmus, ut certam
 huius disciplinam non facile admittunt, sic
 faciunt, ut ius non aridis et inanibus formu-
 lis constrictum teneatur; quippe quod ab ar-
 bitrio et iussu principis non pendeat, sed ex
 ipso populo profuat et efflorescat, et ita hu-
 ius ipsius ingenium expressum exhibeat.

Hoc loco non praetermittenda potestas *)
 verbi θεμιστος, qua de oraculis accipitur,
 (Hymn. in Apoll. v. 394) luculentum exstat

*) Veteres critici negarunt, Homerum θεμιστος pro
 πολιτικός posuisse itaque Od. 16, 408 legendum
 consueto τήνορας. Eust. ad h. l. p. 611, et l. 11.
 Od. p. 456. cf. Schneiderus s. v. τέμνορας.

documentum necessitudinis, quae leges et religionem coniunxerit et quomodo iura in iussis Deorum seu vice versa iussa Deorum in legibus fuerint numerata. Hae autem ipsae ab Iove profectae existimabantur (Il. I, 237 *δικασπόλοι, οἵτε θεμύστας πρὸς Διὸς ἐρύαται*. cf. Il. 9, 98), et in universum instituta, quae ad leges et ius referebantur, religione sancita erant, ut, qui haec violaret, in poenam coelestem aequè ac humanam incurreret.

In indole iustitiae aestimanda hoc non silentio transeundum est, eam ipsam et probitatem ad sapientiam referri atque cum hac coniungi et iniustum malumque simul pro insipienti et imprudenti haberi, quo clarum fit, cultum morum et intelligentiae ad easdem leges revocari et eadem regula censi. Testis est admodum usitata locutio:

οὔτι νόημονες, οὐδὲ δίκαιοι.

Od. 2, 282 et saepius. Od. 3, 52:

Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένω ἀνδρὶ δικάειο.

Od. 3, 20 de Nestore:

Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρίει· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.

Od. 24, 456 quae proci in Ulyssis domo contumeliose et violenter gesserint, nomine *ἄφροσυνάων* appellantur.

CAPUT III.

De societate civili in universum.

Quum societas civilis mater iuris et iustitiae existimari debeat, iam pergamus ad eam ipsam et ad civilem vitam in universum ex Homeri carminibus explicandam et examinandam.

Fundamenta societatis civilis, quibus huius ipsius munimenta et praesidia exstruuntur, sunt sedes fixae, certus habitandi locus et quae inde nascitur, arctior civium inter se coniunctio et necessitudo. Ex his enim rebus patriae notio efflorescit, quae omnes omnino caritates complexa, mentes, studia, ingenia civium consociat et illo amoris vinculo constringit, quo civitas in unum corpus coagmentata societatem animorum efficit, nulla vi superabilem, nullis periculorum casibus dissolubilem, ita ut quilibet, in utilitatem reipublicae vires consumere, operam impendere, bona et vitam profundere, non solum non recuset, sed in religionis et virtutis honorem alacri animo gestiat. Graeci illorum temporum certas quidem sedes incoluerunt, sed non omnimodo fixas, ad quas propensa animi applicatio ex consuetudine tracta illum, qui iuvenilem populorum aetatem occupat, vitae peregrinantis et vagantis amorem abolevisset et perimisset. Exempla itaque in Homero exstant patriarum sedum fa-

cillime derelictarum et cum aliis mutatarum. Od. 6, 6 sqq. Phaeaces a Cyclopibus pulsī Scheriam concessisse narrantur Nausithoo duce, qui urbem, domus, templa aedificaverit, et cuique agros assignaverit. Menelaus Od. 4, 174 in colloquio cum Telemacho in animo habuisse asseverat, Ulyssem Troia reducem cum bonis et filio suo omnibusque populis in Argos traducere ibique ei urbem aliquam incolis eductis habitandam permittere. Hoc rerum statu animis Graecorum is amor patriæ insidere non poterat, quo seniori tempore accensi illustria fortitudinis animique magnitudinis specimina edidere, quae candida gloriae suae monumenta historia nunquam non celebrabit et nec temporum iniuria, nec hominum invidia oblitterabit. Haec nemo in eam sententiam accipiat, amorem patriae Graecis pristinis plane incognitum fuisse, nam ipsorum mentes non poterant non desiderio eius regionis imbutae esse, in qua nati et educati, omnium, quae homini cara sunt, summa et extrema cumulatā habemus, uxorem, natos, domum, agros et cuncta vitae pignora. Hic sensus spirat in iis, quae Ulysses ad Alcinoū loquitur. Od. 9, 34:

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἢς πατρίδος οὐδὲ τοκῆων
 γίγνεται, εἴπερ καὶ τις ἀπόπροθε πίονα οἶκον
 γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ γαίῃ ἀπάνευθε τοκῆων.

Quorum mores ad humanitatem magis excul-
ti, quam ii Graecorum describuntur, Troia-
norum vividior in patriam amor illum ani-
morum consensum arguit, qui tantummodo
in civitate, religione et legibus firmata, ci-
ves colligare potest. Huius in patriam amo-
ris sensum declarat Hector (15, 496), qui
civem decere ait, pro patria mortem obpe-
tere, agi enim bello salutem uxorum et libe-
rorum atque incolumitatem bonorum et pos-
sessionum. cf. 12, 243:

εἰς οἶκόνος ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πατρὸς.

Quae elementa societatis civilis Graeci pu-
taverint, ex descriptione Cycloperum patet,
qui rudes, morum agrestes, vix umbram et
speciem aliquam rationis et intelligentiae,
quae sunt quasi nunciae dignitatis humanae,
vita et factis suis referunt. Agriculturam,
quae initia societatis civilis et in universum
humanitatis recte dixeris, nec norunt, nec
curant, satis sibi habentes, armenta pascere.
Nihil iis commune est, sed absque concioni-
bus et legibus sibi solis vivunt in cacumini-
bus montium, singulus autem quisque suis,
uxori et natis iura constituit, ceterosque non
curat. Praeter speculas, quas incolunt, nul-
la aedificia habent, nec urbes, nec templa,
nec domos. Inde apertum est, ex Graecorum
sententia civitatis indolem conspici in con-
iunctione et societate plurium eiusdem origi-
nis familiarum, quae in conciones congrega-

tae de rebus communibus consultant et iura constituent, ne quisquam ad merum arbitrium vel ad cupiditatum indomitam libidinem, sed ad certam normam actiones suas comparet et instituat. Illae autem familiae inter se coniunctae et origine et numero erant definitae sic ut qui in hunc numerum non esset receptus, civis quoque personam non sustineret, nec iuribus et honore civis frueretur, quippe quia societas civilis illis familiis continebatur. Quare conqueritur Achilles, Agamemnonem sibi Briseidem eripuisse, tanquam honoris exsorti inquilino. Il. 16, 59. cf. Heyne ad h. l. — Haec societatis civilis proprietas et constitutio inde repeti debet, quod omnia illius instituta ad familias et genus, quo quis prognatus esset, redirent et exigenterent. Quamobrem peregrinus utpote illis familiis exclusus in nulla antiquitatis civitate quidquam iuris concessum habebat. Eiusmodi autem societas civilis in certum familiarum numerum contracta et conclusa, singulos tanta necessitudine non poterat non inter se copulare et iungere, ut quilibet ceteris cognati loco esset, et iniuriis in societatem civilem commissis neglectio sanctorum erga cognatos officiorum inesse putaretur. Qui itaque bellum intestinum excitaret, expers phratris, legum et larium habebatur. Il. 9, 63:

ἀφρήτωρ, ἀθίμιστος, ἀνίστιος ἰστὴν ἐπαῖνος,
 ἐς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ἀκρύνοντες.

Secundum Eustathii explicationem ἀφρήτωρ est ἀπολις et ἀθίμιστος atque ἀνίστιος: μήτε θίμων εἰδώς, μήτε οἶκον ἔχων. At ἀφρήτωρ non est simpliciter: sine civitate, sed potius expertus societatis civilis, quae et religionis et cognationis vinculo est iuncta. Nam verbum Φρατρία utramque notionem in se reclusam habet.

Accedo ad alterum civitatis elementum, quod Graeci requisivisse videntur, ad certas nimirum sedes, omnimodo aptas non solum ad habitationem, et ad usus atque commoditates vitae, sed quoque ad periclitandas et conformandas nobiliores animi vires, ad culturam virtutis, iustitiae et religionis. Is itaque populus tantummodo ad societatem civilem se composuisse a Graecis existimabatur, qui ex agresti vita in urbes coiisset, in quibus cuique domus sua, propriaeque possessiones essent assignatae. Quilibet enim licet societati civili iunctus et adstrictus, tamen quidquam, quod suum appellare possit, habere certisque possessionibus instructus esse debet, in quibus cum suis constitutus aetatem degat, quas curando, colendo, exornando sibi victum et voluptatem ac familiae suae poterisque iusta vitae adiumenta quaerat. Quae possessiones, testes eorum, quae homini laeta et fausta, aut tristia et adversa contigerunt, partem quasi et numerum vitae

ipsius faciunt, atque a maioribus per successionem natis traditae tanquam sacrarium coluntur et magis magisque illum amorem alunt et nutriunt, quo ad lares alligati terrae patriae solo nihil carius habemus. Praeter has possessiones certum Deorum cultum in partibus societatis civilis Graeci numerasse videntur. Qui enim ab hac ipsa et omni omnino humanitate alieni describuntur, Cyclopes, nec Iovem nec alios Deos curare a Polyphemo dicuntur, quippe his se ipsos potentiores habeant, Od. 9, 275 *). Quae novum documentum exhibent arctissimi nexus inter religionem et civitatem, ita ut altera alterius firmamentum esset, et neutera sine altera cogitari posset.

*) Perperam Eustathius animadvertit, Polyphemum haec mentiri et quidem ideo, quoniam paullo ante Cyclopes *θεῶν κτενέρας ἀδαιρέτων* perhibentur; at nulla causa subest, cur Polyphemos talia fingat; deinde verba illa, quae Eustathius in argumentum trahit, non de sententia Cycloperum, sed Ulyssis dicta sunt, qui nihil nisi hoc enuntiare vult, Cyclopes viribus naturae confisos in agris colendis omnem curam et industriam omittere. Haec autem ab homine Graeco non aliter exprimi poterant, quam ut pro viribus naturae, Dii immortales ponerentur.

CAPUT IV.

De regibus, proceribus et populo.

Indole civitatis generatim exposita, ad singulas eius partes et quidem ante omnia ad formam traducatur oratio.

Quae illorum temporum conditio fuit, non ars aut arbitrium hominis, sed quae plurimum valebat, natura formam civitatis condidit, utpote ad hominum diversitates, quas natura invexit, accommodatam et revocatam. Quae enim elementa civitatis iure existimantur, ex familiis et gentibus omnis rerum status pendeat illa dignitate et gravitate conspicuis, qua sequenti tempore caruere. Generis enim et nominis claritas sensim sensimque obscuratur, si, quod semper accidere solet, hominum multitudine magis magisque in unum coalescente, familiae misceantur et affinitatibus iungantur. Quo magis autem splendor gentilicius imminuitur, eo maiora incrementa capit dignitas illius ordinis, qui ab officiis et negotiis civilis vitae appellatur. Deinde civitate melius ordinata, illa gentium dignitas et potestas transfertur in legum et magistratum auctoritatem, quae maiestatem civitatis ipsius in se susceptam refert et regimen cuiuslibet privati delendo omnes reipublicae ordines exaequat.

Coniunctionis autem familiarum ea indoles est, ut pro vinculo, quod inter genitores

et natos intercedit, non omnibus, sed uni et quidem maximo natu gubernacula sint commissa. Proveciores enim aetate, qui caeteros prudentia et rerum usu antecedere putabantur, singulari honore habebantur et insignem observantiam, qua ab iunioribus colebantur, religio ipsa sanciebat, ita ut piaculum esset, eos iniuria afficere. Il. 15, 204
Iris ad Neptunum:

οἷσθ' ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐρινύες αἰὲν ἔπονται.

Cf. eod. lib. v. 166. Il. 23, 587 et 788 sqq. *ἐρίω* — ὡς — ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιότερους ἀνθρώπους. Od. 3, 362. 13', 142. Illi ipsi principes, qui iuxta reges nationum inducuntur, nulli alii esse videntur, quam qui ob aetatem in pluribus familiis sanguine iunctis principem locum tenent (die Stammältesten) et fortasse *φῦλα* et *φρήτραι*, quae Il. l. 2, v. 362. commemorantur, non aliter a se differunt, quam nationes a stirpibus (Stämme). Iam Heynius recte animadvertit, *φῦλα* et *φρήτραι* de latiori et arctiori gentium necessitudine intelligendas esse, sed notionem horum verborum paullo aliter constituit, dum *φύλοις* stirpes, et *φρήτραις* familias designari censet. (Cf. Eust. ad h. l. Salmas. observ. ad i. All. et Rom. p. 126 sqq. et Ignarra de phrat. p. 6 et p. 39 sqq. *) Ceterum non negaverim,

*) Eandem rationem propinquitatis in instruendo exercitu Germanos habuisse, Tacitus memoriae

principibus eos potissimum fuisse accensitos, qui agris et possessionibus instructi homines e plebe sibi addictos et tutelae suae commissos haberent. Certe Telemachus licet iuvenis et nondum rex Ithacensium creatus *δικασπάλος ἀνὴρ* vocatur, quae quidem *δικασπολία* non facile erga alios exerceri poterat, quam in eos, qui eius clientelae subessent. cf. Arist. 3, 9, p. 125. ed. Schn. *διὰ τὸ πορίσαι χώραν ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἐκόντων καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριαι.* — In Phaeacum populo duodecim exstabant reges, summa autem rei in Alcinoο erat reposita, qui inter eos principatum tenebat. Od. 8. 390. Aequē in Ithaca iuxta Ulysem plures regnabant principes, attamen auctoritate, honore et imperio hoc inferiores. Interdum accidebat, ut diversarum nationum rectores regem aliquem potentia insignem tanquam summum ducem sequerentur; sic in exercitu Graecorum primus regum rex Aga-

prodit in libro de moribus Germaniae c. VII: „Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates.“ In huiusmodi acie ad animos bellandi ardore incendendos et victricem erga hostes ferociam evocandam multum valuisse illud satis celebre officium cognatorum, quemlibet e suis ulciscendi, qui in proelio ceciderit, nuper monitum est in ephemeridibus; *der Reichsanzeiger März 1819. Nr. 62. von den Urfehden.*

memnon erat, qui ceteros principes, imperio suo obnoxios, honore et potentia superabat. Il. 9, 69 Agamemnon βασιλεύτατος vocatur. cf. Od. 18, 532. Hunc civitatis statum, quo unus gubernacula tenet, optimum fuisse iudicatum, noti illi versus testantur. Il. 2, 204:

*οὐκ ἀγαθὸν πολυκλιρανίη, εἰς κοίρανος ἔστω,
εἰς βασιλεύς, ὃ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτει.*

Quousque pateret, et quibus finibus circumscriberetur principum potentia non certis legibus et pacti alicuius formula inter regem et populum initi, sed usu et moribus constitutum erat. Ipsum autem imperium et regimen pariter ac caetera bona et dotes ab Iove auctore repetebantur, quo ipsi regimini multum dignitatis et sanctitatis accedebat, atque, quod saepius monuimus, luculento testimonio confirmatur, religionem arctissimo vinculo cum civitate fuisse colligatam. Il. 2, 197:

τίμη δ' ἐκ Διός ἐστι.

Cf. 9, 98. Principum functio et munus, licet certis iuribus ornatum, tamen non tam stricti iuris, quam liberalioris necessitudinis vinculum habebatur ad ingenua pietatis et probitatis officia firmatum et stabilitum. Sic admodum significanter et ad officiorum, quae regi incumbunt, descriptionem quam aptissime Ulysses pater populorum suorum nominatur. Od. 2, 234. Cf. Il. 2, 24, de Agamemnone: non decet virum consiliarium tota noc-

te dormire, cui populi concrediti et tanta curae sunt. Il. 9, 98. Nestor ad Agamemnonem: cum multorum populorum rex sis et Jupiter sceptrum et iura (*θέμιστας*) tibi tradiderit, ut illis consulas, ideo prae aliis sententiam proponere et eam aliorum, quae utilis est, audire et exequi debes. Cf. 9, 74. 75. Il. 19, 180 Achille reconciliato Ulysses ad Agamemnonem: iustior posthac erga alios eris; regem enim non dedecet virum placare, quem primus lacessiverit:

— οὐ μὲν γὰρ τι νημέσσητόν, βασιλῆα

ἄνδρ' ἀπαρίσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνη.

Plerumque verba: *βασ. ἀνδ.* coniunguntur et de viro principe intelliguntur, at ut in interpretatione praemissa a me factum est, videntur disiungenda et quidem ideo, quoniam sententia generalis hic proponitur, ex qua non solum vir princeps, sed in universum quisque, cuiuscunque conditionis sit, reconciliari debet, si rex eum primus offenderit. Saepius autem *ἀνήρ* nude ponitur pro *τις*. Od. 16, 72.

— — — οὐ πῶ χερσὶ πέποιθα

ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνη.

(Cf. 21, 133. Il. 24, 369. Heyne p. 645. T. 7.) In ceterorum verborum explicatione vulgarem interpretationem sequutus sum, quam Heynius ideo suspectam habet, quod secundum eam sententia ipsa cum antecedentibus

non cohaereat. Haec enim requirere: „ut sententia sit: non enim indignandum est, virum principem alienari animo, si quis eum ultro lacessierit.“ At eam ratiocinationem non satis intelligo. Sententia est: iustior erga alios eris, nam necessitas te adegit ad expiationem iniuriae, Achilli illatae, et nequaquam res indigna est, virum placare, quem primus rex offenderit. Non video, cur haec non cohaereant. Quae vir eruditus de verbo *χαλεπαίνειν* affert, et ipso loco, quem ex Iliade (24, 369) excitat, et versibus, ex Odyssea paullo ante allatis, refutari videntur. Ceterum Heynius sibi ipsi non constat, nam ad v. 369 (l. 24) *χαλεπήνη* vertit: iniuria affecerit.

Provincia regum ea erat, ut in pace sapientia et consilio, in bello fortitudine et militari scientia salutem communi prospicerent et invigilarent. Ad prudentiam enim civilem et artem armorum eae virtutes redibant, quibus quis de rebus publicis bene mereri poterat. Quare utraeque, quibus summa virtutum heroicarum comprehendebatur, in celebrando principum regimine coniunctim inducuntur. Il. 2, 344:

Ἄτρεΐδη, σὺ δ' ἔθ', ὡς πρὶν ἔχων ἀστειμφία βουλήν
ἄρχεν Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμῖνας.

Il. 9, 53:

Τυδείδη, περί μιν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἴσσι

καὶ βουλῇ μετὰ πάντας ἐμήλικας ἔπλετο ἀριστος.
cf. eod. lib. v. 443.

Saepe una harum virtutum regi alicui tribuitur, altera autem, quippe illi opposita, ab ipso abiudicatur; nam non potest non raro accidere, ut quis utroque et manu et consilio valeat. Il. 13, 727. Polydamas ad Hectorem: quoniam tibi Deus virtutem bellicam concessit, ideo et consilio vis ceteris esse superior, at nequaquam omnia simul consequi poteris. Il. 18, 106. 252.

Civilis prudentiae partem facit legum scientia et iudiciorum administratio, his enim adminiculis rei publicae cavetur ab discordia et perturbationibus. Quare leges et iura regibus a Diis tradita et commissa dicuntur, ut loca paullo ante allata demonstrant. Il. 16, 542 de Sarpedone:

ὅς Λυκίην εἴρωτο δίκηςί τε καὶ σθένει ᾧ

Od. 19, 111 de rege:

— — — — ὅστε θεοδῆς

ἀνδρείων ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάστων
εὐδικίας ἀνέχρησι.

Quae itaque nunc singularibus magistratibus est demandata cura et tutela rerum publicarum, ea in illis principibus residebat, qui soli magistratuum partes sustinebant, id quod illis temporibus admodum conveniebat; his enim societatis civilis rationes ita simplices et planae erant, ut negotiis publicis nec co-

pia nec gravitate expeditu difficilibus paucorum virorum manus et studia sufficerent. Non possum non hoc loco falsam notare Schlegelii sententiam de dominatione sacerdotum, quae pristinis illis temporibus obtinuerit, horumque imperio in populorum reges. Argumentum, quod Schlegelius affert, hoc est, quod Chryses in illa cum Agamemnone contentione de filia reddenda, quam hic captivam tenebat, superior discesserit, ira et potentia Apollinis in auxilium vocata. At hoc testimonio nihil aliud efficitur, quam hoc, sacerdotem iniuria afficere, nefarium fuisse existimatum, quod aequae illis ac seriore temporibus locum invenit. Ipse autem modus, quo Agamemnon et Chrysen et Calchantem tractat, et hic ipse erga principes se gerit, indicio et documento est, illud sacerdotum regimen a Schlegelio fingi, quod tantum abest, ut aliquo Homeri loco confirmetur, ut potius ubique regum potestas appareat libera a sacerdotum arbitrio. Ex Aristotele satis notum est (p. 125 ed. Schn.), reges antiqui illius aevi sacris et religioni praefuisse. Atque sacra facienda, quae hic illic Homerus commemorat, cura et arbitrio regum peraguntur.

lura, quibus principes fruebantur, haec erant: in concionibus, quas convocare solebant, principe sede honorati, quid communis gentium utilitas posceret ad deliberan-

dum et consultandum proponerent et vota rogabant, ipsi quid e re esse ducerent, ante ceteros aperientes. Deinde iis concessae erant praecipuae partes earum rerum, quae ad victum pertinerent, ut largior potus et cibus in communibus conviviis. Il. 8, 161 Hector ad Diomedem:

*Τυδείδη, περί μὲν σε τίον Δαναοὶ ταχύπῳλοι
ἔδρη τε, κρείσσιν τε, ἰδὲ πλείοις διαπέσσω.*

Cf. Il. 12, 311. Vinum honoris causa principibus praebendum appellatur *γερούσιον*. Il. 4, 4, 259. vid. Heyn. observ. ad h. l. Eodem modo in iis, quae patrimonium et bona efficerent, principes ceteris potiores habebantur, et singularibus quibusdam iuribus gaudebant. Sic Agamemnon ex praeda, quam Graeci ex hostibus reportassent, optima quaeque sibi elegisse fertur. Pariter e capris et pecudibus, quae Ulysses et socii venatione ceperant, illi plura capita, quam his assignari legimus. Od. 9, 160. 548. Principatus heroum in eo quoque conspicitur, quod prae ceteris agros fertilitate et magnitudine eximios possiderent concessos. Il. 12, 313 Sarpedon ad Glaucum:

*καὶ τέμενος νεμόμεσθα μέγα, Ζάνθοιο παρ' ὄχθας,
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόρου;*

Quum illis temporibus agri et praedia et quae rei rusticae instrumenta sunt, pecorum greges, divitias potissimum efficerent, in usu

fuisse videtur, virum virtute clarum ob sua in populum merita agro donare. Legimus enim, senes seu principes Aetolorum Meleagro perpulcrum praedium quinquaginta iugerum (πεντηκοντόγειον, πενήκοντα πλέθρων ἢ ζυγῶν, vid. Heyn. T. V. p. 663) pollicitos fuisse, si urbi obsessae auxilium ferret et hostes propulsaret. Il. 9, 574. cf. Il. 20, 184.

Praeterea regibus dona et tributa a populo offerebantur. Il. 9, 155 de incolis urbium, quas Agamemnon Achilli in reconciliationem amicitiae concedere spondet, haec leguntur:

οἱ καὶ ἐ δωτήησι, θυὸν ὡς, τιμήσουσιν,
καὶ οἱ ὑπὸ σπήτρῳ λιπαρὰς τελείωσι θήμιστας.*)

Lib. 17, 225 Hector ad socios:

*) Heynius ad h. l.: „Quum τελῶν sit proprium de tributis et vectigalibus pendendis, et quum superiori versu munera memorentur, θήμιστας videntur h. l. esse τὰ δίκαια, iure praestanda, adeoque imperata; fortasse opposita δωτήησι sponte oblati; sunt adeo fere eadem, quae tributa dicimus. Paulo aliter haec in observationibus explicantur, secundum quas, quid sit δωτήησι τιμήσουσι declaratur per sequentia“: λιπ. τελ. θημ. Huc spectant quoque, quae p. 602 monentur: munera regibus concessa serius videntur in tributa abisse, simili fortunae exemplo, qua nostrae Germaniae et aliarum terrarum civitates usae sunt, ut praesens (Dathen) mutarentur sensim in tributa a principe imperata.

— — δῶροισι κατατρέχων καὶ ἐδωδῆ
λαοῖς, ὑμέτερον δὲ ἐκάστου θυμὸν ἀέξω.

Eustat. καὶ ἔστι κατα τὸς παλαιούς ἡ τοῦ ἔκτορος
νῦν ἀξίωσις πρὸς τοὺς ἐπικούρους τὸ ἀντὶ τροφῶν, ὧν
ἐκ τροίας εἶχον ἀποδοῦναι τὰς ψυχάς. τοιοῦτον γὰρ
οἱ μισθοφόροι κ. τ. λ. — δῶρα δὲ λέγει τὴν δίχα τῆς
ἐδωδῆς μισθοφορὰν.

Praeter dona et tributa illa, populus re-
gibus varios sumtus suppeditasse videtur,
qui vel regia dignitate necessarii essent, vel
in utilitatem et honorem publicum impendi
deberent. Dona enim hospitalia Alcinous im-
pensis publicis Ulyssi praebebat, declarans, ea
a populo rependi debere, quippe uni grave
sit, totum de suo expendere (lib. 13, 14. cf.
Eust. ad h. l.). Eadem ratione Ulysses sub
persona mendici narrat, se Ulyssi in Creta
commoranti de publico (δημόθεν) cibum et po-
tum porrexisse (Od. 19, 197.) Eust. τὸ δὲ
δημόθεν δοῦναι ἀλφίτα καὶ οἶνον καὶ ἐξῆς δηλοῖ ἔθος
εἶναι ξενίζεσθαι δημοσίᾳ τοὺς ἀξίους. Lib. XVII. (v.
250) Argivorum ductores et principes iuxta
Agamemnonem et Menelaum vinum publice
praehitum bibere perhibentur (δήμια πίνουσι)
Eustathius haec ita explicat: δῆλωται γὰρ ἤδη
ἔτι δασμοῦ γινομένου μερὶς ἐδίδοιτό τις τῷ βασιλεῖ ἐκ
τῶν κοινῶν, καὶ εἰς τὰ τῶν ἀριστεῶν συμπόσια, ὧν ἡ
παράχρησις δημοβόρον βασιλεία ποιεῖ. At hic ser-
mo non est de vino inter reges et populum

distributo, quod Eustathius haud dubie in mente habet, hoc dico, quod praedae ex hostibus reportatae pars esset. Nam lib. IX. (v. 70) Nestor ad Agamemnonem sic loquitur:

δαινυ δαῖτα γέρουσιν* εἰκέ τοι, οὔτοι αἰκίς.

πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι, τὸν νῆες Ἀχαιῶν

ἡμάτιας θρήκηθεν ἐπ' εὐρέα πάντων ἄγουσιν*

cf. Heyn. ad h. l.

Videmus igitur partem regii muneris fuisse, principes epulis excipere et sumtus in eas erogandos populum suggestisse. Conferatur Agamemnonis oratio ad Menestheum

πρῶτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκονάζιστον ἡμεῖο,

ὅπποτε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί.

ἔνθα φίλ', ὀπταλία κρέα ἔδμεναι, ἠδὲ κύπελλα

οἴνου πινέμεναι μελιηδέος, ὄφρ' ἐθέλητον*

(Il. 4, 343 sqq. Eust. p. 367 ad h. l.: ἰστίον δὲ ὅτι ἀπὸ κοινοῦ — ἦσαν τὰ βασιλικὰ συμπόσια· ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί δαῖτα. cf. Il. 2, 404. 430. ubi Agamemnon septem proceres et quidem illustriores ad epulas vocat, quae instruuntur mactata et consecrata pecude. Conferatur Heynius, qui, ut Eustathius, in his locis explicandis lectores antiqui illius moris recte admonet, inter pocula et epulas de rebus publicis deliberare.) Haec itaque convivium, quae reges principibus exhibere oporteret, non sunt confundenda cum praecipuis illis vini et carnis portionibus, quae proceribus in epulis publicis concedebantur. Ad il-

Iud munus regium, de quo exposuimus, spectat quoque locus in *Odyssea* 11, 184 — 18

Τελέμαχος τεμένη νέμεται, καὶ δαίτας εἴσας
δαίνυται, ἅς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύι
πάντες γὰρ καλέουσι.

Eustathius: "Ὁρα δὲ καὶ τὸ πάντες καλέουσι κτερον ρηθὲν ἐπὶ τῆς εἰς — δεῖπνον κλήσεως, δοκεῖ δὲ χαῖον ἔθος εἶναι, εἰς δαίτας δημοσίας προκαλεῖσθαι τοὺς βασιλεῖς τὸ καὶ τοὺς δικαστὰς, οἷς δηλοῦν τὸ δαίτας ἅς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρα ἀλεγύνειν ἔστιν ἀλέγειν, ἐν λόγῳ ποιῆσθαι, φροντίζεν.

Haec explicatio parum probabilis est, natiuum epularum nusquam Homerus mentionem facit, sed potius earum, quae, ut videmus, reges in gratiam principum instruunt et curant. Deinde ineptum est et sibi irreperant, aliquem ad eas epulas invitare, quas ipse populi impensis parat (ex Eustathii sententia: quas sibi curae habere ita non frequentare et observare debet; at haec significatio et insolentior et nimium quaesita se videtur, nam verbum ἀλεγύνειν soletur est in conviviis instruendis: *Od.* 1, 374: *λας δ' ἀλεγύνετε δαίτας.* Eadem leguntur *Od.* 139. *Od.* 8, 38 *θῶν ἀλεγύνετε δαίτα.* *Od.* 23: *καὶ δαίτ' ἀλέγυον.* Quae potestas conviviis apparandi et ab eo commendationem habet, quod illo loco, de quo hic agitur, vox quaedam expectatur, qua instructor epularum magis designetur). Denique πάντες licet

sententiae diversitate multitudinem significare possit, tamen non simpliciter pro populo poni solet. Igitur πάντες καλίουσι potius vertim: principem omnes invocant et adeunt, quae causa est, cur pro hospitii officiis δαίτας ἴσας δαίνυται. Si καλίουσι de invitando ad epulas accipiendum est, sententia ea esse videtur: cum princeps ab omnibus invitetur, ex urbanitatis et regiae dignitatis rationibus hos ipsos invicem epulis excipere debet.

Quemadmodum reges potentia et auctoritate ceteros antecedeabant, sic omnia, quae agerent et possiderent, insignia esse debebant speciosa dignitate et splendore quodam, qui sensus et oculos occuparet et percelleret. A rege enim maiora, quam ab aliis, dona danda, epulaeque laetae apparandae erant, quippe qui opulentia afflueret. Od. 17, 417. Od. 1, 392. 393. Libro VI. Odysseae (v. 61) regem, Alcinoi filia ait, intra primores versantem et consilia consulentem decere puris vestibus indutum esse, et quidem fortasse hanc quoque ob causam, quod conventibus procerum, qui non absque caeremoniis Deorum haberentur, sancti quid inesset.

Videmus itaque imaginem regiae dignitatis ubique expressam et quasi ante oculos collocatam. Ceterum iis negotiis et studiis vacabant, quae vitae ratio et mos illorum temporum excitabat et alebat, quaeque infimus aequae ac summus quisque suo modo

tractabat et colebat. Quare neque a cura pecudes pascendi, neque ab agrorum cultu se subtrahebant. Legimus enim regum filios pastorum vices sustinuisse (Od. 13, 222, et Eust. ad h. l. p. 514), et reges ipsos prospexisse et invigilasse, ut famuli operi rustico praepositi munere suo fungerentur. Quae enim de Laërte perhibentur: ἔργα τ' ἐποπτεύεσκε (Od. 16, 140), potissimum ad rem rusticam spectare videntur. Cf. 24, 225. Il. 18, 556.

Ipsa regum potentia non ab externis adimniculis, sed a virtutibus illis pendebat, quae regem efficerent et decerent. Quae si quem, in dominatu constitutum, deficere coepissent, eo regimen ipsum concussum et labefactatum fuisse ex iis, quae Achillis umbra in orco ex Ulysse quaerit, recte mihi colligere videor. Illa enim percunctatur, Peleumne eodem honore ut antea Myrmidones prosequantur, an ideo despiciant, quod senectus manus et pedes confecisset. Od. 11, 494.

Quod ad mores regios attinet, ii non semper ad rationis leges erant comparati, sed saepius accidebat, ut principum potestas, terminos iustitiae egressa, in facta temeraria erumperet. Legimus enim, moris fuisse, ut reges dictis et factis alios iniuria afficerent et sine iusta caussa alterum odio prosequerentur, alterum favore et beneficiis amplecterentur. Od. 4, 690: ἦτ' ἰστὶ δίκη θεῶν βασιλῶν. In uni-

versum autem id aliquoties in Homeri carminibus monetur, auctoritate, divitiis atque vitae laute et laete degendae adminiculis sensum iustitiae debilitari, insolentiam quandam gigni; qua homines inflati omnem aequitatem et humanitatem exuant, ergaque alios se intolerantius iacent. Od. 18, 137.

Qui autem nostrorum principum mos est, is etiam antiquorum fuisse videtur, ut nihil nisi iucunda et grata audire vellent, et assentatoribus quidem faciles et apertas aures praeberent, in veritatem autem, quae quid molesti et amari afferat, tanquam in iniuriam dignitatis suae animadverterent. Il. 1, 560.

Ne autem abusus potestatis principibus concessae libertati communi periculum inferret, pluribus cautum et provisum erat civilis societatis praesidiis. Plurimum enim valebat publica existimatio et fama, quae ab unoquoque magni aestimata summi momenti erat ad hominum actiones regendas et ad principum dominationem aut firmandam aut labefactandam. Od. 14, 239. 16, 75. Il. 9, 460. Deinde reges non per se soli de rebus publicis decernere poterant, sed ex consensu et voluntate tum procerum, tum populi ipsius, quos utrosque singulatim convocari mos erat, ut de eo, quod utilitatis communis interesset, suffragia ferrentur. Conventus procerum, *βουλή*, concio populi, *ἀγορή* dicebatur. Il. 2, 53:

Βουλὴ δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἴζε γέρονταν.

v. 91 — 93: τῶν (Graecorum) ἰθνα πολλὰ ἰσ-
τιχόοντο ἱλαδὸν εἰς ἀγορῆν. cf. Od. 3, 127. Eust.
ad Il. lib. II. p. 130.

Proceres gentium γέροντας appellantur; quos quidem non seniores esse, tum e versu 404 sqq perspicuum est, tum a grammaticis et Eustathio observatur: γέροντας τοὺς ἀντιμοὺς λέγει, ἤτοι τοὺς ἡγεμόνας. Hic autem quaestio se offert, cur principes γέροντας vocentur; haud dubie hanc ob causam, quod natu maximi stirpium rectores et gubernatores sunt. Si vero nullus provector aetate adesset, is γέρον habebatur, qui suae stirpis caput et princeps erat. Hi igitur principes, quos genere ceteros antecedere videmus, regum assidui comites et adsectores erant; reges cum iis conversabantur, sermones miscebant, epulabantur, ut ex iis apertum est, quae traduntur de necessitudine, quae et inter Agamemnonem ceterosque Graeci exercitus imperatores et inter Alcinoum atque reliquos Scheriae principes intercesserit. Potissimum autem id negotii regibus cum gentium primoribus erat, ut hos in consilium adhiberent, si in pace vel bello quidquam tractandum et expediendum, vel rei gerendum incidisset, quod ad statum publicum pertineret. Cf. v. g. initium libri X. in Iliade. Concilium procerum ad consultationem de rebus publicis institutum antecedere solebat populi concio-

nem, et quidem ideo, ut huic ipsi ad iustam deliberationem non satis aptae et ob hominum multitudinem et ob impetuosam plebis importunitatem, nihil nisi praeparata et bene perpensa proponerentur. Qui ordo in conventibus procerum et populi habendis licet usitatus esset, tamen non ita pro lege observabatur, ut nunquam ab eo discederetur; nam e. g. Achilles absque interposita procerum concione populum convocasse narratur. Il. 1, 54. 19, 41. 45. 2, 207. Ad priorem, quem laudavimus locum, recte Eustathius et Scholiastae observant, quemlibet (haud dubie e principibus) concionem convocare potuisse. Vid. Heyn. ad h. l. Saepius in iis, quae publice et nomine societatis civilis aguntur, consilia et res gestae principum commemorantur. Aetolorum senes Meleagro eximium praedium promittunt, si se accingat ad urbem obsidione hostium liberandam. Ex consilio senum Ithacensium Ulysses ad Messenios legatus proficiscitur ad debitum exigendum. Hector (lib. 22, v. 119) secum deliberans de foedere cum Graecis ineundo, a senibus iusiurandum (*γερύσιον ὄρκον*) exigere in animo habet, ne pactioni iusta fides desit. — Proceres ipsi, quos regibus potentia et honoribus cedere diximus, tantum abfuit, ut quidquam contumeliosi, importuni vel iniusti a regibus in se committi paterentur, ut potius libere horum errores, vitia et facta iniusta

taxarent, et quo praestantiores prudentia aut fortitudine essent, eo confidentius et quasi iure suo singularem sibi auctoritatem et honorem tribui exposcerent. Hoc enim tanquam certum et expeditum sumebatur, cuilibet eum locum assignandum esse, in quo eum virtus constituisset. Argumenti loco sint orationes in iurgio satis noto ab Achille, Agamemnone et Nestore habitae.

Accedamus ad populi conciones, in quibus leges et iura condi, iam ante dictum est; cuius sententiae insigne documentum eo exhibetur, quod ex Homeri descriptione Cyclopibus nec conciones erant, nec leges. Od. 9, 112:

τοῖσιν δ' οὐτ' ἀγοραὶ βουλευφάροι, οὔτε θέμιστες.

Haec innuunt legum fontes, nec imperantium iussa, nec sola rationis praecepta, sed conciones esse et nationem, quae his careat, leges quoque non habere. Leges itaque et iura profuebant ex voluntate et consensu populi, ex omni eius vita et necessitatibus, ex moribus, studiis, consuetudinibus et notionibus iusti et probi ad cuiusque sensum conformatis, et in universum ex toto rerum statu. Dum itaque leges, per venas societatis civilis fusae, in medio populo vigeabant, non poterat fieri, quin ius aequae ac religio et virtus animos hominum captos teneret, et aleret, quippe nondum deformatum inanibus formulis, quibus nostra aetate ieiunitatem et

exilitatem quandam contraxit, ita ut hominum mentes abalienentur atque deterreantur, ne interiorum cum eo iungant consuetudinem.

Sed redeamus, unde digressi sumus, ad conciones, quas sedes et domicilia legum et iuris diximus. In his in univcrsum id quod populi aliquo modo interesset, tractabatur et in disceptationem atque iudicium vocabatur. Si quid boni vel mali accidisset, de quo populum certiorcm fieri deceret, si in societate civili nova instituta inducenda, vel antiqua abroganda essent, si principes studiis vel bonis populi ad incepta et proposita peragenda opus haberent, concio convocabatur, in qua iudicium et tutela expetebatur in causis scelerum commissorum atque iniuriarum ab altero alteri factarum. Telemachus itaque Ithacenses convocare traditur, de iniuriis et contumelia procorum verba factururus populiqne auxilium imploraturus. Od. 2, 40 — 80. Dedecus autem et opprobrium ei ortum fuisse videtur, qui non ex animi sententia et veritati obsequutus, sed in gratiam principum et ex horum auctoritate suffragia ferret. Il. 12, 212. Liberum cuique fuisse, in concionibus reges reprehendere et obiurgare Aristoteles (pol. I. III. c. 9. p. 123) memoriae prodit, ad Agamemnonis exemplum provocans, qui maledicta et contumelias verborum in concionibus patienter audiverit, extra concionem autem in expeditionibus bellicis ne-

cipes, quorum aliquis post mortem Ulyssis gubernacula rerum Ithacensium capiat. Eo redit Eurymachi quoque oratio: ἦτι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κείται, ὅστις ἐν — Ἰθάκῃ βασιλεύσει Ἀχαιῶν. Igitur tantummodo ex usu et consuetudine non ex iure filii in regna paterna succedebant, ut exempla principum probant, quorum memoriam Homerus vel alii antiquitatis scriptores conservarunt. Cf. Arist. pol. p. 125: βασιλεῖς ἐκόντων καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πατέροι. Thuc. 1, 13: πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικὰ βασιλεῖαι. His quoque locis de regno filiis tradito et non de iure horum hereditario sermo est. (Coniectura Schneid. ad Aristot. βασιλεῖαι l. Thuc. confirmatur).

Ad officia populi, quae, ut exposuimus, in tributis et donis pendendis posita erant, hoc quoque pertinuisse videtur, quod certe unus ex qualibet familia, militiae suscipiendae obligatus principem ad bellum sequi deberet. Narrat enim Mercurius sub persona viri iuvenis e Myrmidonum gente, se filiorum Polyctoris septimum esse, e quibus, sortitione facta, sibi sors obtigerit, Achillem comitari (24, 401 sqq.). Interdum accidisse, ut quis e populo donis e. g. equis munia militaria a principibus redimeret, patet e versu CCXXXVI. l. XXIII. Ut nihil in praeteritis relinquamus, quod ad populi statum facit illustrandum, addamus, publica aedificia commemorari, quae communi sumtu videntur ex-

structa et procul dubio populo propria erant. Telemachus enim ideo procorum convitia et manus ab hospite suo arcendi ius sibi esse affirmat, quod domus non publica, sed Ulyssis sit. Od. 20, 264. Eust. οὐ δῆμος δὲ οἶκος, ὁ μὴ δημόσιος, ἀλλ' ἰδιωτικὸς — εἴη δὲ ἂν ἄλλως, δῆμός τις οἶκος, ἐν ᾧ κοινῶς ἐξενδοχοῦντο οἱ ἐν ταῖς πόλεσι παραβάλλοντες. ἦν δὲ τι τοιοῦτον καὶ ἡ λέσχῃ, τοῖς πτωχεῖς τῶν προκαταλαβόντων οὔσα.

Summam eorum, quae hucusque exposita sunt, subducentes, videmus in primordiis Graecorum populorum societatem civilem, rudem sane et inconditam, ex rege, nobilibus et plebe constitisse, ex tribus itaque illis hominum classibus, quas tanquam elementa et semina cuiusque reipublicae in adultis et temporis diuturnitate firmatis Graecorum civitatibus vario modo temperatas et mixtas invenimus. Regia autem potestas et honor, atque auctoritas, qua generis nobilitas praevalebat, sensim paullatimque imminebantur, cum vita hominum ex armorum strepitu et peregrinationum erroribus in stabiles et quietas urbium sedes revocaretur, ibique pacis artes colerentur; ex quo rerum statu Graecorum animi notionibus de aequali omnium civium iure occupari et agitari coepti sunt.

Ceterum silentio non transeundum est, homines Homericos non solum agricultura,

venatione et piratica facienda victum sibi comparare, sed mercaturam et varias illas artes operarias exercere, quas tantummodo cultior et politior vita excitare et fovere existimatur. Etenim praeter arma perquam artificiose fabricata multa vasorum et supellectilis genera, tripodes, vestimenta, velamina, stragula commemorantur, et saepius tam mirifica describuntur, ut miraculorum speciem prae se ferant. Ante alia provoco ad descriptionem aedificiorum in Phaeacum civitate, quae fabulas illas in Oriente potissimum conditas sapiunt, in quibus mulieres divina Geniorum vi praeditae (Gen) palatia incolunt, ad similitudinem Phaeacensium domorum exstructa. Artifices et fabri, qui ex ligno, aere, saxis, vel alia rerum materia, caedendo, dolando et limando opera fabricantur, τέκτονες nominantur, inter populares suos gloria et honore satis clari. Il. 4, 110. 6, 315. 11, 59 sqq. 13, 390. 15, 411. 23, 712. Od. 11, 126. 17, 340. 19, 59. 21, 43. Praeter artem opificum satis ingenuam et illiberalis quaestus genera commemorantur, quibus egeni paupertati suae consulere student. Pro exemplo sit mulier (Il. 12, 434), quae lana adpendenda tenuem mercedem sibi quaerit, qua liberorum vitam sustentet.

Haec varia vitae genera variant quoque iuris rationes et varia negotia atque pactiones, ut locationes conductiones et emtiones ven-

ditiones in societate civili pariunt, non nisi ex iusti principiis censendas et diiudicandas.

CAPUT V.

De criminibus.

Forma regiminis descripta, iam exponamus de ea iuris parte, quae ad crimina et poenas spectat. Qui in hoc loco tractando id ageret et propositum sibi haberet, ut certas criminum notiones, certa de natura et fine poenarum praecepta exquireret et indagaret, is satis testatum faceret, se nulla intelligentia illius aetatis instructum esse, et ad eius ingenium censendum perverso atque inepto uti iudicio.

Licet itaque apud antiquos nihil certi et explorati de criminibus constitutum esset, tamen horum indoles eatenus illos non latebat et praeteribat, quatenus criminis auctor in laeso dignitatem humanam sprevisse et vitiasse, atque iustitiae fundamentum, aequalitatem evertisse putaretur, eo restituendam, quod delicti reus eadem mala perferre deberet, quibus alterum affecisset. Par pari referendum esse (*ἀντίτα seu: παλίπτα ἴσα γένισθαι*), itaque in censendis facinoribus illius aetatis communis opinio fuit. H. 24, 213. Od. 1, 379. 17, 51, 60. Iniuriam autem alteri ab altero consulto et de industria factam non solum propter damnum corpori et

bonis læsi illatum, sed quoque ob contemptum dignitatis humanæ, quem iniuria arguit, iustitiæ repugnare existimatam fuisse, officium lædentis testatur, quo tum damnum rependere, tum factum violentum multa sarcire, et ita iniuria affectum placare debet. Quocirca Atrides in foedere cum Troianis componendo non solum Helenam et cunctas opes reddi, sed quoque multam ad iniuriæ expiationem, quam Paris conflaverat, solvi postulat (Il. 3, 286. cf. 22, 118 *.) Pariter proci in periculo mortis constituti spondent se damna, patrimonio Ulyssis illata refectiones et insuper multam pensuros, quæ sufficiat ad hunc placandum et exhilarandum (Od. 22, 55). Meminerit quoque aliquis doctorum ab Agamemnone Achilli oblatorum, ut cum eo in gratiam redeat, et obliviscatur

*) Heynius versus de poena exigenda (v. 286 sqq.) ideo suspectos habet, quod ea ipsa in prioribus nec a Graecis, nec a Troianis commemorata, ab Agamemnone addatur; at in antecedentibus, ubi tantummodo de foedere ineundo sermo est, conditiones quidem in universum erant constituentæ, sed non accuratius describendæ. Aliter in ipso foederis componendi actu res se habet, in quo omnes formulæ pactionis singulatim et distincte proponi debent. Illa autem poena in eiusmodi causis ita in usu fuisse videtur, ut singularis eius mentio ante ipsam conventionem non necessaria existimaretur.

iniuriae, quam Briseidis ereptione sibi impositam acerbo animo tulerat. Eadem autem coniunctio, qua in universum iustitiam cum religione et lege morali copulatam diximus, obtinuit quoque in ea iuris parte, in qua explananda nunc versamur. Etenim nec crimina a factis, morum integritati contrariis, satis erant disiuncta, nec ex solis humanae iustitiae, sed quoque ex divinae praeceptis diiudicabantur. Quare ea potissimum crimina atrocia et gravia putabantur, quae neglectam et posthabitam Deorum venerationem speretumque religionis cultum proderent, ut periuria et foedera rupta, quae religione sancta et Diis testibus icta essent. Nihil autem tam sanctum erat religioneque munitum, quam cuiusque domus et familia eaeque vitae rationes, quae ad familiam pertinerent.

Crimina, in quae, ut populorum infantiae propria, illa aetas potissimum incidebat, ea erant, quae violentia et manu patrantur. Ad eam enim homines illius aevi maxime proclives erant, quippe vehementissimis commoti affectibus et animi perturbationibus, quas, se ipsos reprimere et cohibere nescii, libere effundebant, id quod nullus sibi religioni ducebat. Quare saepissime accidit, ut ex ira vel excaescentia vel ex aliis animi impotentiae causis alter alterum interficeret. Deinde nec certis legibus latis, nec magistratibus ad custodiam et praesidium iustitiae consti-

tutis homines plerumque manu ius suum persequerentur, deque illo, quo se laesos putabant, supplicium sumebant, in quo exigendo a caedibus se vix continerent. Od. 13, 259 narrat Ulysses sub persona mendici, se Idomenei filium insidiis circumventum occidisse, quia ipsum praedae parte ex Troia reportatae privare voluerit. Ipsa caedes procorum, qui quovis pretio gratiam Ulyssis sibi comparare student, satis testatur, ulciscendi animum tantummodo morte adversarii satiari potuisse.

In caussa caedis perpetratae non populi principes, sed cognati et familia interfecti homicidam vindicabant, penes quos optio erat, utrum auctorem caedis interficere, an pretio scelus redemptum iri et sibi muneribus oblatis satisfieri vellent, reumque scelere solutum dimitterent. Familiam autem necati ipsum pietatis officium ultricem constituebat sic, ut intermissio animadversionis, quae tanquam piaculum interfecti exigeretur, huic ipsi quasi iniuriam inferret, familiae autem opprobrium et ignominiam gigneret. Quare Orestis gloria celebratur, quam apud omnes homines eo consequutus fuerit, quod parricidam Aegisthum interfecerit. Od. 1, 398. Inultum perire quid contumeliosi esse, significant Telemachi verba ad procos Od. 1, 380. 2, 145: *νήπανοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθιν ὄλοισθε*. Atque hanc contumeliam non

est, quod miremur, quippe ex duplici causa redundat, quae subesse potest, ut quisquam inultus mortem oppetat. Hic enim vel nullos cognatos relinquebat, vel iure supplicium luisse putabatur; ita ut fieri non posset, quin in odia et reprehensiones incurreret, qui interfectorem hostiliter aggredi auderet. Sic Halitherses Mastorides ad Ithacenses de caede procorum verba faciens, ipsi, inquit, in culpa estis, talia evenisse, quippe quod filios a stultitiis non continebatis, qui improbitate sua aliorum opes atterebant, et uxorem viri optimi dedecorabant. Pariter altera illa causa, ob quam quis inultus periret, orbitas familiae et cognatorum, ignominiosa habebatur, cum orbis ceteris despectui esset, scilicet ab adiutoribus et sociis destitutus et a Diis ipsis neglectus atque quodammodo supplicio affectus; Dii enim fortunam eius, quem benevolentiae suae compotem facere vellent, liberis et consanguineis augere et locupletare solebant.

Quodsi familia non alio modo, nisi caede occisoris crimen dilui, seque placari pateretur, hic e patria profugus in aliena terra effugium ultionis et perfugium salutis quaerere debebat. Qui autem eorum tutelam et auxilium, qui opibus et auctoritate in externa civitate valerent, implorare solebat, et quidem tanquam supplex (*ἰκέτης*), qui ex patrocinio Deorum sanctus haberetur. ll. 16, 574 et 24.

480. Hes. sc. Herc. v. 13., et 82 — 85 et Heinrich ad h. l. At si familia reo id daret, ut mulcta facinus compensaretur et expiaretur, huic in patria manere concessum erat. Saepius accidebat, ut de eo, quantum pretii ob caedem patratam solvendum esset, controversia moveretur, eaque arbitrio iudicis committeretur, quò apparet, mulctam nulla lege certo constitutam, sed in aequitate et moribus repositam fuisse, itaque caussis et personis variasse. Ceterum de eo nihil certi constat, quatenus inter caedem cognatorum et aliorum hominum aliquid discriminis intercesserit. Etenim non satis vera est Boettigeri sententia (in libro: *Die Furienmaße* p. 103), tantummodo caedem, in aliquem ex familia commissam, pro orimine esse habitam, cetera autem homicidia mulcta dilui potuisse. Nam et hanc in illò caedis genere locum habuisse legimus, et in universum ii patria profugi perhibentur, qui aliquem e populo interemerint. ll. 9, 632:

— καὶ μὲν τίς τε κασιγνήτω φονῆος
 ποιὴν ἢ οὐ παίδος ἐδέξατο τεθνηῶτος
 καὶ ῥ' ὁ μὲν ἐν δήμῳ μίνοι αὐτοῦ, πόλλ' ἀποτίσας
 τοῦ δὲ τ' ἐρητύεται κραδίη καὶ θυμὸς ἀγῆνωρ,
 ποιὴν δεξαμένου.

De verbo ποιὴν consulendus Eustathius p. 690:
 καὶ σημείωσαι ὅτι ἐνταῦθα κυριολεκτεῖται ἡ ποιὴν,

Φαίη τις οὕσα ως διὰ φόνον δεδομένη. cf. Boettigerus l. l. p^r 105.

Cetera de homicidio loca sunt haec: Il. 13, 695 sqq. 18, 497 sqq. 23, 85 sqq. Od. 15, 224 et 272. 22, 28 sqq. 23, 118. 24, 431 sqq. Hesiod. sc. Herc. v. 11 sqq. et Heinrich ad h. l. (Ceterum nec Hesiodus, nec Homerus quidquam memoriae prodit de lustratione homicidae, quae et ab Apollodoro (11, 4, 6), et ab Herodoto (1, 35) notatur, et ideo obtinuit, quoniam effuso sanguine necis auctor inquinaretur, et religio ipsa pollueretur. Quare impurae manus purgandae et Deorum mentes abalienatae ad pristinam gratiam reducendae erant. Recte itaque Welckerus observat, apud antiquos poenae notionem expiationis subesse). Quum occisio hominis in iniuria familiae facta duceretur, civilis societatis rectores tale facinus non curabant, licet iniuria, nam quodlibet factum violentum incurrit in societatem civilem, eiusque fundamenta evertit.

Alia quaestio, quae hic moveri possit, est ea, utrum amici et populares hominis interfecti causam securitatis publicae, ad quemlibet e societate civili pariter pertinentis, susceperint, et ultores eius extiterint, qui hanc homicidio commisso turbasset et labefactasset. Quae animadversio licet non aliena ab indole pristinae illius societatis civilis, quae tanta necessitudine singulas fami-

lias copulabat, ut sibi invicem cognatorum instar essent; tamen ab usu et consuetudine illorum temporum abhorruisse videtur, et quidem fortasse ideo, quod tantummodo familia occisi in hoc ipso iacturam fecisse existimaretur. Quamobrem tantummodo huic et nulli alii praeter familiam ius mulctam exigendi a caedis reo tribuebatur. Vindictam autem homicidii perpetrati non ad omnes omnino populares spectasse, plura evincunt loca. Od. 15, 272. 23, 119. — Idem sensus, qui ad ulciscendam cognatorum caedem animos excitabat, impulsor fuisse videtur ad poenas de iis sumendas, qui amicum morti dederint. Exemplum adduco Achillem ob Patrocli in pugna occasum ultrices manus Hectori inferentem. Poenis in causa caedis vel alius iniuriae exigendis hoc peculiare fuit, quod eae non solum ad auctorem facinoris, sed quoque ad sobolem eius pertinebant. Quemadmodum itaque patrum amicitia familias ipsorum ad mutuum amorem iungebat, et sibi invicem conciliabat, sic odium et ira maiorum una cum genere posteritati propagabatur. Scelera igitur et iniuriae parentum sanguine et poenis filiorum luebantur. Causa huius rei ea fuisse videtur, quod filii in omnibus patrem repraesentare, et non solum eius honorem, sed quoque ingenii, cupiditatum, virtutum et vitiorum heredes esse existimabantur. — Quae quomodo ex naturae

cultu repeti debeant, qui pristinarum Graecorum proprius fuit, ante explanatum est, cum de Erinnybus exponebamus.

Documentum irae et odii, quod e patre in filios exercebatur, continetur oratione Agamemnonis in Antimachi filios Il. 11, 137: Si bellicosi Antimachi filii estis, qui quondam in Troianorum concione suasit, Menelaum, legatum profectum cum divino Ulysse, interfici, nec dimitti ad Achivos, nunc patris indignam luetis iniuriam. — Homicidii crimine illustrato, ad alia violentiae genera accedamus, et quidem prae aliis ad rapinam maxime usitatam et potissimum in agros et armenta, quae summam bonorum et patrimonii efficerent, exercitam sic, ut alter alteri greges abigeret, vel fructus laederet et depasceret. Il. 1, 154 sqq. Od. 11, 400. 24, 111. In eiusmodi causis per legatos res repeti solebant, licet hic mos nonnunquam cessisse videatur, dum absque legatione missa alter populus de altero, quo se iniuria affectum putabat, gregibus pecorum abigendis poenas sumeret et ita damnum datum sibi ipsi sarciret. Il. 11, 670 sqq. Nestor tradit, Eleorum regem, Augeam, Neleo quatuor equos cursu victores detinuisse, et praeterea aliis Pyliis debito obstrictos fuisse Eleos (χαῖος ἄφειλον), qui illos, strage Nelei filiorum et ceterorum Pyliorum ab Hercule edita, affecerint contumelia et iniqua moliti fuerint (ἡμίνας ὑβρίζον-

τις ατάσθαλα μηχανώωντο); quare Nestorem, interfecto Itymoneo, praedam ex campo Eleorum multam coegisse, boum armenta, ovium, suum, caprarum greges multosque equos noctu in urbem Pylum abegisse, quo facto praecones, simulac aurora apparuerit, edicto convocasse, quibus in Elide ampla debitum deberetur; hos vero ita congregatos praedam divisisse, et quidem Neleum gregem boum et ovium sibi exemisse, reliqua autem populo dedisse dividenda, ne quis abiret privatus portione aequali (*μήτις οἱ ἀτεμβόμενος κίσι ἰθῆς*, cf. Heyn. ad h. l.). Exemplum honorum vi detentorum exhibetur in fabula illasatis nota de Biante et Melampode Od. 15, 230. (cf. Heyn. ad Apoll. l. 11, 9.) — Libro 21. (v. 16 sqq.) Ulysses in Messeniam profectus fertur (*ἦλθε μετὰ χρεῖος*), quo totus populus ei obstrictus fuerit; Messenios enim oves et pastores trecentos ex Ithaca sustulisse, navibusque-impositos avexisse; quare Ulyssem a patre aliisque principibus legatum ad res repetendas missum. Tales autem rapinae a piratis saepissime exercebantur, qui per mare vagantes ita sibi victum quaerebant, ut, ad quos appellerent, agros et urbes vastarent, exque iis homines et bona navibus asportarent. Hoc vitae genus ita usitatum fuisse videtur, ut nemini inde quidquam criminis oriretur. Legimus enim ex advenis quaeri, quinam sint, utrum ob aliquod ne-

gotium veniant, an temere errent tanquam praedones per mare, qui vagentur, animis periclitantes malumque alienigenis ferentes. Od. 5, 72. 9, 254. 14, 85. 16, 426. 17, 425. 288. 289. Quam parum autem homines illius aetatis scrupulo aliquo retardati fuerint, ne agros popularentur, urbes expilarent, iaculas trucidarent, eorumque uxores captivas abducerent, liquet ex Ulyssis narratione de rebus suis in Ciconum terra gestis. Lib. 9, 45 sqq. cf. lib. 14, 262. Atque saepius usu venisse videtur, ut singuli homines in agris vel apud pecudum greges soli relictis a praedonibus raperentur, et servitute imposita in alienas terras venderentur. Od. 15, 385. 426. Telemachus (Od. 1, 398) de servis suis:

— οὐς μὲν λήσσαντο δῖος Ὀδυσσεύς.

Eust.: τὴν ληστείαν σημαλογῆ ὡς οὐκ ἀνεπιτήδευτον εὔσαν τοῖς ἥρωσι. Cf. Thuc. 1, 5 — 8.

Praeter rapinam etiam furtum iuxta in bona atque in homines intendebatur. In Odyssea enim mentio iniicitur mulieris Phoenissae genere, quae ex familia, cui serva erat, puerum et varias opes clam abstulerit. l. 15, 447 — 469. — Furandi arte, quae haud ignobilis fuisse videtur, celebrari legitur Autolycum, qui ex dono Mercurii hac arte et iureiurando (κλεπτοσύνη δ' ἔρκω) hominibus praestitisse narratur. Od. 19, 369. Eustathius haec non de vili et abiecto furtorum genere, quod nihil nisi rapacem animum prodit, sed

potius de eo accipit, quod astutia et prudentia nostram admirationem sibi conciliat. Eadem ratione ὄρεον explicat Eustath. p. 704. — Quum progressionem intelligentiae et florem earum artium, quae ad vitae cultum et commoda spectent, morunt pravitas sequi solet, ingenii fucum, fraudes et crimina subdolae et insidiosae improbitatis animos occupare videmus in populis, a naturae lege ad effoeminatae et mollis vitae usum avocatis; inque ea civitate, quae tum publico tum privato rerum statu non simplex et una, sed elementis suis varie commistis et concretis speciem artificiosae compagis habet. Licet itaque fallaciae, praestigiae et illa malitiae genera, quae animi sunt sensa sua celantis et dissimulantis, a veteri illa aetate abhorruerint; tamen hic illic occurrunt flagitia quaesitae caliditatis et perfidiae ad calculos revocatae. Satis sit, laudare Bellerophontem, cui uxor Proeti et hic ipse mortem detestabili dolo struunt. Illa enim libidine accensa quum Bellerophontem in stuprum illicere parasset, hic autem virtutis memor cupiditatibus eius morem gerere abnuisset, mentita est adversus Proetum, se a Bellerophonte illicitis amoribus peti. Quo facto Proetus Bellerophontem, quem interficere sibi religioni ducebat, in Lyciam misit, simulque ei ad socerum suum literas dedit, quibus multa mortifera inscriberet (θυμωδία πολλὰ αἰ).

Heyn. ad h. l.). At aliter, ac Proetus optaverat, res evenit, nam Bellerophon regem Lyciae fortitudine sua ita sibi devinxit, ut hanc filiam suam illi nuptum daret. ll. 6, 155 sqq.

CAPUT VI.

De iure privato.

Ultima, quae restat, disputatio in iure privato versatur explanando. Quod quidem iuris genus certis principiis, certa disciplinae formula, iusta singularum partium descriptione, definitis cuiusque instituti terminis eo magis careat necesse est, quo rectius contenditur, omne ius privatum ex multifariam mixto et arctiori necessitudine nexu civium commercio originem ducere, et tantummodo eo rerum statu incrementa capere et excoli posse, quo civilis vitae rationes nativa simplicitate exutae varias formas subierunt. Iura domini in univsum salva fuisse, et quemque domi suae rerum suarum dominum fuisse constitutum, verba Telemachi probant. 1, 397:

αὐτὰρ ἐγὼν οἴκῳ ἀναξέστον ἡμέτερον
καὶ δμῶν κ. τ. λ. cf. 402.

Hoc autem tanquam regula poni potest, ea iura, quae ad familiam eiusque rationes spectent, prae iuribus rerum et obligationum, quae vocantur, in omnibus fere populis accuratius definita reperiri. Cum enim fami-

lia, utpote civitatis mater, a natura ipsa sit condita et cum homine nata, non potest fieri, quin ante omnia eorum iura moribus constituentur, qui familiam efficiunt. In his familiae iuribus exponendis primum de his agitur, qui tanquam ingenui proprie familia comprehenduntur, deinde de domesticis et servis.

Ius patriæ potestatis, quod ipsa natura genuit, quam late apud Graecos patuerit, licet ex Homero non satis constet, ex locis tamen, quae illius potestatis mentionem iniiciunt, satis liquet, patrem, utpote tutorem et moderatorem familiae a liberis religiose fuisse cultum et, quidem iam ob aetatem, quam summa observantia Graeci sanctam et sacram habuerunt. Quare Achillem et Telemachum summo patris desiderio captos teneri, illique memoriam Pelei a Priamo excitatam tanta moestitia animum perfundere legimus, ut ea in lacrimas erumpat. Achillis autem anima in orco, postquam Ulyssem percontata est, quid filius Neoptolemus rei gerat, nihil potius habet, quam de salute patris quaerere, simulque addit, se, si corpore induta in vivis esset, eos graviter ulturam, qui Peleum ignominia afficerent. Quanto amore et studio ex altera parte parentes liberos foverint et amplexi fuerint, ex iis patet, quae de Ulyssis patre eiusque uxore traduntur. Huius enim vitam luctus ob filium

absentem consumsit et extinxit; ille rus concessit, ibique vilibus indutus vestibus hiemis tempore dormit, ubi mancipia, in domo in pulvere prope focum, aestate autem in foliis, quae delapsa lectum ei sternunt; in his iacet dolens angitque ingentem in mente dolorem.

Licet nulla iuris, tamen irae patrum exempla in Homero occurrunt; meminerit aliquis Priami graviter in filios suos post Hectoris obitum invehenti; deinde dirarum precum, quas pater Phoenicis ideo in hunc fudit, quod cum eius pellice matris hortatu concubuerat. Quam misera conditio patre orbi sit, declarant Andromaches querelae Hectore occiso fusae. ll. 22, 488.

Coniugum officia erga se invicem non erant aequalia, nec mutua. Etenim uxoribus non licebat, praeter maritum cum aliis consuescere, id quod maritis concessum erat. Quare Agamemnon, Priamus et alii heroes extra uxorem legitime desponsatam concubinas habebant, cum quibus libidinem expleant. Uxores autem saepius huius quasi propatuli amoris communionem aegre tulisse videntur (ll. 9, 451 sqq.); quo moti cupiditates continebant mariti a concubinis, illis diffusae libidinis instrumentis. Od. 1, 430: Eurycleam Laërtes pretio viginti boum emerat, eamque pariter ac pudicam uxorem honorabat in aedibus; at nunquam concubuit cum ea, iram scilicet uxoris vitabat.

Ut autem concubinae, quae plerumque servae bello captae essent, absque solemnitate aliqua viris iungebantur, sic virgines in iusto matrimonio collocandas solemniter ambiri, desponderi (*μνηστή ἀλοχος*), dotari, donis nuptialibus honorari et nuptiis celebratis domum duci videmus.

Dona autem et proci offerebat virgini eiusque parentibus, et haec ipsa tanquam dotem a parentibus accipiebat. Utrumque munerum genus *ἔδνα* dicitur. Saepius de eo, qui uxorem ducit, formula usurpatur: *πότε μυρία* vel *ἀπερείσια ἔδνα*. Od. 11, 116. 281. 15, 16. Il. 16, 178. 190. 22, 472. cf. Od. 18, 227. Il. 11, 243. Od. 15, 366 de Ctimena Laërtis filia:

τὴν μὲν ἐπίτα Σάμηνδ' ἔδοσαν, καὶ μυρ' ἔλοντο.

Vulcanus Venerem et Martem, quos in adulterio deprehenderat, tam diu vinculis illigatos tenere minatur, donec pater cuncta reddiderit *ἔδνα*, quae ei praebuerit. Od. 8, 318. Il. 9, 146 Agamemnon spondet, filiam suam Achilli *ἀνάεινον* (sine muneribus a sponso porrigendis) nuptum dare. Il. 13, 366 *ἀνάεινον* indotatam significare videtur, licet et altera illa potestate sumi possit. Diversis interpretibus vel hanc vel illam probatam fuisse, Eustathius testatur p. 910. cf. Heyh. ad h. l. et T. V. p. 557. — Od. 1, 277 et 2, 196 de parentibus Penelopes:

*οἱ δὲ γάμον τεύξουσι, καὶ ἀστυνέουσιν ἔδνα
πολλά μάλ', ἕσσα ἔσκε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἐπίσθαι.*

cf. 2, 52. — Il. 9, 147 dos, quam Agamemnon Achilli in filiae matrimonium promittit, *μίλια* vocatur. cf. Heyn. ad h. l. Maritum autem dotem non pleno iure consequutum fuisse, sed, si uxorem dimitteret, soluto matrimonio reddere debuisse, Telemachi verbis probabile fit, affirmantis, dimissa Penelope multa bona Icario restituenda esse. Od. 2, 132:

— — — κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν

Ἰκαρίω, αἶ κ' αὐτὸς ἐκὼν ἀπὸ μητέρα πέμψω.

Verba: πόλλ' ἀποτίνειν Eustathius interpretatur per: καὶ χρήματα πολλὰ καταθίσθαι τῷ Ἰκαρίῳ καὶ κακὰ πρὸς ἐκείνον παθεῖν. Deinde ab Eustathio commemorantur veteres critici, qui ob σμικρολογίας αἰτίαμα, quod Telemacho bonorum rationem habenti confletur, νοῶσιν αὐτὸ, οὐκ ἐπὶ χρημάτων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς θεόθεν ποιηῆς. Il. 6, 394. 22, 88 Andromache, et Od. 24, 293 Penelope ἀλοχος πολύδωρος vocatur, et quamvis non certo affirmari possit, utrum πολύδωρος sit bene dotata, an multis donis a parentibus in matrimonium impetrata, tamen prior significatio aptior et πολύδωρος synonymon verbi: πολυέδνος et πολυφεργος esse videtur. cf. Hesych. s. v. πολυέδνος et Eustathius p. 112. (Ex his sponte intelligitur, quid de Heynii explicatione sentiendum sit). Locis excitatis patet, utrumque obtinuisse, parentes et a sponso bona accepisse, et filiae do-

tem dedisse nupturae. Prius hanc causam habuit, quod filia variis, quas vitae domesticae rationes exigunt, operis manu praestandis, rem familiarem parentum multis modis adiuvabat et sustentabat. Quum itaque in filia nuptum data et in alienam familiam transmissa pater quodammodo iacturam bonorum faceret, aequum erat, ut gener hoc damnum resarciret, et sociam, quam in rebus domesticis curandis patri amissam sibi comparaverat, pretio quasi a parentibus redimeret. Dotem autem pater filiae in matrimonio collocatae eo consilio dedisse videtur, ut huic non solum esset, quod ad onera matrimonii ferenda afferret, sed ut haberet, unde soluto matrimonio viveret seque aleret, neque invitamento ad novas nuptias cum ea ineundas careret. Hic dotis constituendae mos inde profectus videtur, quod filiae exclusae essent ab hereditate bonorum patrum, quae filiis tantummodo relinquerentur.

Proximos cognatos invicem nuptiis iungi non videtur nefarium fuisse existimatum. Aeolus enim filias filiis uxores dedit. Od. 10, 7. Nuptias aequae apud illos quam apud ceteros populos sacris ritibus festas et solemnes fuisse, declarant versus in Iliade 18, 491. Ante nuptias consuetudo inter iuvenes et virgines ad castitatem et pudicitiam erat conformata, nam insciis parentibus nulli virgini viris se im-

miscere licuit, et Nausicaam in primo cum Ulysse congressu, quo eam implorat, ut ipsum in urbem ducat, admodum metuentem de invidia hominum summa cura famae consulere videmus. Igitur sensu decori, qui feminas maxime decet, mentes mulierum iam pristinis illis temporibus imbutae erant.

Quod ad liberos attinet, ii tantummodo, qui legitima uxore nati essent, in familia numerabantur, et in paternum patrimonium, cuius spurii quisque experts erat, iure hereditario succedebant, Od. 14, 208 filii magnanimi Castoris Hylacidis facultates relictas divisisse et sortes iecisse, spurio autem pauca dedisse feruntur, quem pater, ut versu 202. traditur, pariter ac filios legitimos honoraverat. Quod quidem ius hereditarium non solum ad liberos, sed in universum ad omnes omnino cognatos pertinuisse videtur; infelices enim et miseri describuntur, qui filiis orbi remotioribus cognatis bona sua relinquerent. Il. 5, 158:

— — *χηρωσται δὲ διὰ κτήσιν δατίεντο.*

cf. Hesiod. Theog. 606. Pollux 3, segm. 4—7 et intt. ad Poll. et Heyn. T. 5. p. 31.

Priusquam hunc de liberis et cognatis locum deseramus, eorum errorem paucis refutemus, qui, ut Eustathius, verba Phoenicis: (Il. 9, 490) *σὶ* (Achillem) *παῖδα ποιύμην*, de vera adoptione intelligunt. At ea ita comparata est, ut adoptivus ex naturali familia

excedat, et in adoptivam transeat. Achilles autem semper ut filius Pelei inducitur. Ergo mens illorum verborum ea est, Phoenicem, qui de prole suscipienda desperasset, Achillem loco filii habuisse et amasse, ut esset, qui aerumnas aetatis senilis levaret. cf. Heyn. ad h. l.

Duplex hominum genus erat, qui rem domesticam, rusticam et pecuariam curarent: servi, qui toti ab arbitrio heri penderent, et mercenarii (Θῆτες). Servorum conditio tum pro eorum ingenio, virtutibus et scientia, tum pro dominorum moribus et humanitate proculdubio varia fuit. Quocunque autem modo esset comparata, semper misera habebatur; libertas enim vitae lumen, dignitatis humanae inaestimabile pignus, viri decus et praesidium, animum addere et vires ingenii alere existimabatur, ut ex illius aetatis sententia libertate erepta virtus quoque eriperetur. (Od. 17, 322)

*Ἡμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνονται εὐρύσκα Ζεὺς
ἀνέρος, εὐτ' ἂν μιν κατὰ δούλιον ἤμαρ ἔληθιν.*

Igitur servitus malum erat, quo non solum externa corporis bona homini detrahebantur, sed quoque internae animi virtutes attenuarentur et infringenterentur. Opera enim vilia et abiecta animum vilem et abiectum gignere, servitutem serviles mores producere, et quem alii despicerent, eum nec sibi ipsi quidquam honoris et dignitatis tribuere posse pu-

tabant. Servo familia et societate civili excluso nulla via patebat de civitatis salute consilio et egregiis facinoribus bene merendi, fortitudine et bellica virtute laudem et gloriam quaerendi, quidque ingenij viribus valeret, quomodo aliis praestaret, documentis et exemplo testificandi, famamque suam ad posteritatem propagandi. Quum itaque incitamentum et occasio virtutis exercendae et expromendae in servo deesset, ea ipsa non poterat non hebescere et quasi obdormiscere. Toti autem homini servitutis humilitas insidere, eiusque imago in specie et corporis habitu expressa cerni putabatur. Od. 24, 252.

Diversae classes servorum fuisse videntur, ita ut, qui fide, probitate, scientia et dexteritate excelleret, a heris singulari favore et patrocinio foverentur, ceterisque servis praeponerentur. Sic Eumaeus principem locum in pastoribus suum occupasse videtur, qui tam parum in egenis et pauperibus numerandus esset, ut possessionibus suis servum sibi emeret. Od. 14, 449.

Ceterum servorum conditio saepius haud immitis erat, cum Eumaeus ipse praedicet, se a parentibus Ulyssis non solum una cum filia familias educatum, sed fere aequae ac illam habitum, et ab Ulyse ex bello Troiano reduce talia accepturum fuisse, quae domini famulis concedere soleant, domum,

possessiones, uxorem. Od. 15, 364. 14, 62. cf. Eust. ad h. l. p. 530. Ipse modus, quo Ulysses Eumaeum tractat, tantum abest a rigida severitate, ut potius indicio sit servos fideles et probos saepius amicorum loco fuisse.

Mercenariorum munus et conditio potissimum libro XVIII uberius et distinctius describitur. v. 356

ζῆν, ἢ ἄρ κ' ἐθέλοις θητεύμεν, εἴ σ' ἀνελόμην
ἀγροῦ ἐπ' ἰσχατιῆς — μισθὸς δὲ τοῖ ἀρκίος ἴσται
αἰμασιάς τε λέγων, καὶ δένδρα μακρὰ φυτύων;
ἔνθα κ' ἐγὼ σῖτον μὲν ἐπητανὸν παρέχομαι,
εἴματα τ' ἀμφίβισαιμι, ποσὶν θ' ὑποδήματα δόην.

cf. II, 488. Insignes sunt in hoc genere operae mercenariae, quas in aedificando muro et in pascendis pecoribus Apollo et Neptunus Laomedonti praestiterint, de quibus hic ipse II. 21, 443 fusius exponit:

μέμνηται, ὅσα δὴ πάθομεν — —

— — ὅτ' ἀγήνορι, Λαομέδοντι

παρ Διὸς ἰλθόντες θητεύσαμεν, εἰς ἑνιαυτὸν

μισθῶ ἔπι ρητῶ. — cf. Heyn. T. 8. p. 198.

Od. 10, 84 pastores mercenarii, II. 18, 551 messorum mercenarii (ἰριθῆαι) commemorantur. Vid. Heyn. T. 7. p. 547. Od. 14, 102 Eumaeus armenta Ulyssis eorumque pastores his verbis describit:

Βόσκουσι ζῆνοί τε καὶ αὐτοῦ βώτορες ἄνδρες.

Ξῆνοι mercenarios et αὐτοῦ β. κ. servos significare videntur. cf. Eust. p. 534: *Ξῆνους δὲ τοὺς μισθωτοὺς λέγου.*

Quae in universum fuerint domestica servorum officia perspici potest ex *Odyss. lib. 15, 320 sqq.*

πῦρ τ' εὐ νῆσαι, διὰ τε ξύλα δανά κείσσαι,
 δαιτρεύσαι τε καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι
 οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδράωσι χίρην.

Quae proxime ad familiae nexum accedebant, et quodammodo partem eius faciebant, erant erga hospites et supplices officia, quorum iam antea mentionem fecimus. Hospitalitas signum humanitatis erat, morumque mansuetudinis, et, qui populi hospitalia officia negligerent, vel plane non cognita haberent, ii impii, agrestes atque inhumani censebantur. *Od. 6, 119:*

ὦ μοι ἐγὼ τέων αὐτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἰκάνω;
 ἦ ῥ' οἷγ' ὑβρίζται τε καὶ ἄγριοι οὐδε δίκαιοι
 ἢ φιλόξενοι, καὶ σφιν ἐστὶ θεοῦδης.

cf. 8, 575. 9, 115. 13, 20.

Cyclops, qui speciem et exemplar ferociae et immanitatis exhibet, iura quoque hospitii omnimodo despicit et ludibrio habet.

Hospitii officia aequae ad privatos, quam ad reges pertinebant, qui saepius nomine et impensis populi hospites excepisse et donis honorasse videntur. Alcinous enim in oratione ad Ulyssesem dona, ait, quae Phaea-

cum primores (βουλευόμενοι) ei dederint, a populo rependenda esse; ἀργαλίον γὰρ ἕνα πρῶτος χάρισασθαι.

Officia erga hospites late patebant, qui non solum domo, sed quoque iustis epulis excipi, atque donis locupletati deberent dimitti, id quod diviti pariter incumbibat, ac homini tenuioris conditionis. Eumaeus enim licet servus, tamen in excipiendo Ulysse hospitalitatis munera, utpote religione imposita, alacri et prompto animo praestat.

Ξεῖν', οὐ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίον σέθεν ἔλθαι,
 Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Δίῳ εἰσὶν ἅπαντες
 Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε
 γίγνεται ἡμετέρῃ· ἢ γὰρ δμῶϊων δίκη ἔστιν.

14, 56.

Ritus in excipiendis et curandis hospitibus passim in Odyssea describuntur (e g. 4, 37.), ut ulteriori expositione iure superse-deri possimus. Silentio autem non praetermittendus singularis humanitatis mos, nomina et patriam ex hospitibus non prius exquirere, quam cibo et potu satiatis et ita ex itineris defatigatione et molestiis omnimodo recreatis. — Hospitium denegare summo opprobrio erat; quare Menelaus graviter in Eteoneum invehitur interrogantem, num Telemachus excipiendus, ad aliumve dimittendus sit. 4, 31 sqq.

Dona, quae opulenti saltem hōspitibus

abundis in memoriam amicitiae et contubernalis consuetudinis porrigere solebant, erant arma, vestes, argentum, pocula, tripodes et alia, quae vitae necessitates et commoda spectabant. Talia enim Ulysem et Telemachum in peregrinationibus suis tanquam hospitalitatis munera, accepisse legimus. Quae potissimum tunc expectabantur, si in remunerationem et ut reciproca ab eo praestanda essent, cui hospes, nunc domo exceptus, antehac solvisset. Od. 24, 284. 288.

Pro honore, qui hospiti habebatur in convivio sedes ei assignanda erat, quae sanctitati et dignitati huius vinculi responderet. Od. 7, 159:

Ἀλκίνο', οὐ μέντοι τόδε κάλλιον οὐδὲ ἔοικε
 ζεῖνον μὲν χαμαὶ ἤσθαι ἐπ' ἐσχάτῃ ἐν κινήσιν

ἀλλ' ἄγε δὴ ζεῖνον μὲν ἐπὶ θρόνου ἀργυροῦλευ
 εἶσον ἀναστήσας.

Quam arcta fuerit inter hospites necessitudo verba Alcinoi in Phaeacum conventu ostendunt admodum significanter. Od. 8, 546.

ἀντὶ κασιγνήτου ζεῖνός θ' ἰκέτης τε τίτυκται
 ἀνέρι, ὅστ' ὀλίγον περ ἐπαυαύει πραπίδισσι.

Quare ab hospitibus ea praestabantur, quae tantummodo a cognatis et intima amicitia coniunctis expectari et exigi solerent. Sic Lycadnem hospes e captivitate redemisse fertur. Il. 21, 42. Pro hac hospitalitatis sanctitate nefarium habebatur, cum hospite manus con-

serere vel pugnare, vel alio modo eum laedere et iniuria afficere. cf. Od. 8, 208 sqq. 14. 402 — 405. 9, 477 Ulysses ad Cyclopem:

καὶ λίην σίγε μέλλε κηχῆσθαι κακὰ ἔργα,
σχέτλι' ἐπεὶ ξείνας οὐχ ἄζω σᾶ ἐνὶ οἴκῳ
ἰσθήμεναι· τῷ σε Ζεὺς τίσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.

Od. 21, 27 de Hercule:

ὅς μιν (Iphitum) ξείνον ἔντα κατέκτανεν ὧ ἐνὶ οἴκῳ
σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπην ἠδέσασα, οὐδὲ τράπεζαν,
τὴν δὲ εἰ παρέθηκεν.

(Mensa sacra erat et vicem arae sustinebat, nam in epulis solitum fuisse, Diis libari, liquet ex Odyssea (lib. VII). In illis ipsis βωμοῖς, qui versu centesimo describuntur, vinum et cibi repositi esse videntur, nam alias de mensa nihil legitur. De verbo βωμοὶ cf. Eust. p. 127, 265 et 272 et Ammon. s. h. v.)

Pulcerrimo exemplo Glaucus et Diomedes probant et confirmant vim hospitalis amicitiae, quae bellandi impetum et infestum animum vincit, hostilesque manus cohibet. Illi enim heroes in ipso temporis articulo, quo ferro se aggredi parant, de patrum suorum hospitio certiores facti ferrum et hostilem animum deponunt, dextras iungunt et fide data arma commutant. Il. 6, 122 sqq. Hospitum tutor et vindex Iupiter ξείνιος erat, cuius patrocinio supplices et egeni (πτωχοὶ) et in universum omnes, qui tantummodo in divina providentia et benignitate quidquam spei

et praesidii repositum haberent, commissi putabantur. Od. 9, 270:

Ζεὺς δ' ἐπιτιμῆτάς ἐκείων τε, ξείνων τε,
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἄμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

cf. Il. 13, 625. Od. 6, 208. 14, 57. 283. 289. 16, 422:

— οὐδ' ἐκέτας ἠμπαΐζει, οἷσιν ἄρα Ζεὺς
μάγνητος; οὐδ' ὅσῃ κακὰ ράπτειν ἀλλήλοισιν

cf. Eust. ad h. l.

Id ipsum autem, quod hospites supplicibus accensebantur, quorum caussa non solum ab humanitate, sed quoque a pietate commendabatur, rationem aperit, cur hospites religiosa observantia colerentur. Paucæ sunt, quæ de iuribus rerum et obligationum dici possint.

Iura domini agnoscebantur quidem in popularibus, sed non aequè in hominibus exterae civitatis, ut ex iis apparet, quæ supra de criminibus exposita sunt. Ad illa iura constituenda et confirmanda multum momenti habuisse possessiones et fundos a patre ad filios hereditario iure translatos, non est, quod moneamus. Ceterum non in praeteritis relinquendum, iura in rebus cuique propriis, ne quidem inter populares semper integra et salva fuisse, sed saepius eversa ab iis, qui vel in universum omnia iura aspernarentur, vel se iniuria affectos putarent, eamque non persona iudicis interposita, sed ma-

nu sua vindicandam existimarent. Quam levi momento illa domini iura reges et proceres pependerit, Agamemnonis exemplum declarat, qui Briseidem Achilli concessam sibi sumit et arrogat.

Conventiones, quae de rebus vel factis praestandis idirentur, *ἀρμονίαι* (Il. 22, 255.) vel *συνημοσύναι* (v. 261. eod. lib. *) appellatur, quibus verbis illa concordans voluntas, ille, ut Iurisconsulti dicunt, duorum consensus in idem placitum significatur itaque peculiaris conventionum natura recte exprimitur. Licet ad conventiones firmas et stabiles nulla solennitas vel externum voluntatis signum praeter animorum consensionem verbis declaratam requireretur, tamen ipsae religionis vinculo arctius colligari et iureiurando et sacrificiis confirmari solebant. Il. 1, 76 Calchas ad Achillem:

σύνθεο καί μοι ὄμοσον.

Hector ad Achillem: (l. l. 22, 254): *δέωρο θεούς ἐπιδώμεθα· τοὶ γὰρ ἄριστοι μάρτυροὶ ἴσονται καὶ ἐπίσκοποι ἀρμονιάων.* cf. Heyn. ad h. l. p. 292 sqq. T. 8. Pariter iureiurando et sacrificiis inimicitiae inter Achillem et Agamemnonem componuntur et amicitia redintegratur. Il. 19, 191 sqq. Potissimum autem in foederibus populorum condendis, sacrificia et iurisiuranda ita erant usitata, ut ipsa foedera *ὄρκια* appel-

*) Vox *ἴτην* Od. 14, 293 ponitur.

larentur. (Il. 7, 69. 19, 191. 22, 261, 267 et passim) Il. 2, 339 Nestor ad Graecos:

πῆ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ἔρκια βήσεται ἡμῶν
 ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γεινοῖατο μηδείατ' αἰδρωῶν
 σπονδαί τ' ἀκρητοὶ καὶ δεξιαί, ἧς ἐπίπιθμεν.

(cf. Eust. ad h. l. et praesertim de verbis συνθεσ. ἔρκ. et σπονδ.) De foedere, quod inter Graecos et Troianos feritur. vid. 3, 72, 94, 103 sqq 256—302. et 4, 155 sqq. Ex variis conventionum generibus, de quibus nihil certius constat, potissimum alienationes notatu dignae sunt, quae artes operarias et mercaturam non neglectas iacuisse, satis probant. Prae aliis populis Phoenices rei nauticae et commercio studiosi describuntur, ceteroquin fraudatores et veteratores ut scilicet quaestuosum et lucri avidum genus hominum esse solet. Od. 15, 414.

ἐνθα δὲ Φοίνικες ναυσίλυτοι ἤλυθον ἄνδρες
 τρωϊκὰς μορῆς ἄγοντες ἀθύρματα νηὶ μελαίῃη.

(v. 418 eod. lib. πολυπαίπαλοι vocantur). Eorum merces admodum aptas fuisse ad mentes mulierum decipiendas et illecebris splendidae elegantiae occaecandas, versus 459 declarat:

χρῖσεν ἄρμον ἔχον (quidam e Phoenicibus)
 μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔεργε.

Od. 8, 162 ναῦται περητῆρες commemorantur et, quidem non absque despicientiae nota. Od.,

1, 184 Minerva sub persona Mentae dicit:
 navigo ἐς Τεμύσην μετὰ χαλκόν ἄγω δ' αἰθωνα
 σίδηρον. Quae rerum permutandarum ratio fue-
 rit, colligi potest ex Il. 7, 472:

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κερηκομόωντες Ἀχαιοί
 ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρῳ,
 ἄλλοι δὲ ρινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῆσι βόισσι
 ἄλλοι δ' ἀνδραπόδοισι·

c. Institutiones Iustin. lib. 3. Tit. 23. §. 2. et
 interprtt. ad h. l. fr. 1. D. lib. 18. Tit. 1.

Emissionem illis temporibus sine nummis
 factam fuisse et verbis, quae passim usur-
 pantur, ὄνος, πριάσθαι et ὠνεῖσθαι nullam vim
 tribui posse ad sententiam contrariam proban-
 dam, per se clarum est, ita ut actum age-
 ret, qui grammaticorum erroribus refutandis
 immorari vellet. cf. Pollux l. 9. segm. 73. 74.
 Satis notum est, ex illius aevi statu et inge-
 nio opes et divitias aestimatas fuisse pecori-
 bus, praediis et instrumentis ad rem rusticam
 pertinentibus. Quare et pretia rerum potissi-
 mum ad pecora et boves revocabantur. Od.
 1, 430 de Laërte, qui Eurycleam emisse dici-
 tur: εἰκοσάβοια δ' ἔδωκεν. Il, 6, 236 de Glaucō:

ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
 χρύσεια χαλκείων, ἑκατόμβοι ἔννεαβοίων.

cf. Heyn. ad h. l. p. 236 — 238. T. V.

De locationibus conductionibus iam expo-
 situm est, cum discrimen inter servos et mer-
 cenarios (θήτες) recensetur.

HESIODUS.

Iam accedimus ad Hesiodum, qui quidem in rebus humanis describendis et diiudicandis multa cum Homero communia habet; at ab hoc potissimum eo differt, quod magis philosophi quam poetae partes agit, itaque quid ipse cogitet et sentiat, ubique patefacit, atque, ut philosophum decet, crebris sententiis de vita humana ad rationis leges agenda ubique carmina sua distinguit. Homerus autem unice in rebus describendis habitat, se ipsum suosque sensus lectorum animis prorsus subtrahit. Illa Hesiodi ratio, qua suam personam ubique interponit, subiectivam vocant philosophi, redolet ex moestitia et dolore, quo ob temporis sui pravitatem perfusus iustitiae faciem ad homines de virtute commonendos et huic conciliandos graviter atque copiose describit. Pugnam enim virtutis et pravitatis distinctius Homero illustrat, significantius iustum ab honesto secernit, certe illius proprietatem suspicari videtur, maiori severitate et indignatione improbitatem impugnat, et in universum locum iusti et honesti plenius et fusius tractat. Nam iustitiae illi summae legi ab Iove hominibus inditae violentiam opponit; varios iuris in-

flectendi et rumpendi modos arguit et taxat; reges de eo, quod potentia nihil iuris concedit, graviter commonet; saepius enuntiat, iniustum, qui improbitate sua naturam humanam inquinat et rerum ordinem pervertat, semper male, at bonum bene se habere, illum omni miseriarum genere ab Iove obprimi, hunc salute et bonis ornari et cumulari, atque iustitiam, cuius cultoribus aspera sane et angusta via incedendum sit, victricem iniustitiae evasuram esse. (v. 213 — 248) Haec, quae summatim perstrinximus, nunc articulatim et distincte pertractabuntur, exordio a divina iustitia ducto.

De Parcis duplex in Hesiodi Theogonia extat locus et duplex sententia v. 217 et v. 903. Priori loco *Μοῖραι* et *Κῆρες* a nocte natae, posteriori a Themide iuxta *Εὐνομίην, Δίκην,* et *Εἰρήνην* genitae dicuntur. Sunt, qui hunc, sunt qui illum locum supposititium putent. At quum satis constet, Hesiodum in Theogonia componenda diversos fuisse sequutum auctores, difficile hac de re iudicium est; nam in utroque loco nec verba, nec sententiae interpolatoris manum produnt, et uterque mythus vetustate videtur comprobatus. Hoc autem praeteriit interpretes, illam de Parcis doctrinam diversis locis diversa ratione et ex diverso capite esse tractatam. Qui enim Parcas noctis filias finxit, is occultam fati naturam significavit, cuius leges tenebris involu-

tae oculos et mentem hominum effugiunt. Parcae autem Themidis filiae et sorores *Εὐνομίας*, *Δίκης*, et *Ειρήνης* legibus firmis et e virtute aptis reguntur. Nam Themide, quam Hermannus statinam vertit, nihil aliud intelligitur, quam quod positum et statutum est, itaque lex seu regula et quidem potissimum ea, quae magis ad animum hominis, quam ad naturam, mentis expertem, pertinet. Ex hac igitur sententia fatum alias caecum oculorum usu instruitur et velamentis detractis nocteque dispulsa a quolibet conspici et intelligi potest. Ceterum memorabile est, diverso rerum statu diversam Parcarum procreationem induci. Prior enim obtinuit regnante Saturno, quo natura secum ipsa discors et dissona nondum, ad fixas regulas erat comparata, sed incondita et inordinata iacebat. Tali rerum statui convenit, noctem fati genetricem esse. At posterior procreatio accidit sub Iovis imperio, qui sedato et sopito virium inter se dissidentium aestu omnem vitam et totam naturam pacare certisque legibus tranquillare instituit. Dum igitur rerum facies, dissipata caligine, quae mundum obtegit et cooperuit, serenior et hilarior facta est, non potuit non et fatum in aliam mutari formam et tum clarius et illustrius reddi, tum novo rerum ordini adaptari. Itaque hoc fatum ab Iove et Themide satum non ut antea sui ipsius regula erat, sed, quem-

admodum cuncta, quae mundo continerentur, certae normae subiectum. Quare quae priori loco proponitur sententia, Parcas Deorum peccata persequi et vindicare, hoc posteriori non legitur, quippe Iovis filiae patre superiores esse non possint. Saturnus autem fato obnoxius perhibetur. v. 464 et 475. Utraque Parcarum descriptio, si a diversitate illa fusius explicata discesseris, hoc commune habet, quod illa numina iustitiae partibus adnumerantur. Nam versibus 220 sqq. poeta Parcas ita canit:

*αἰτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραβασίας ἐφέπουσαι
οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο
πρὶν γ' ἀπὸ τῶ δάωσι κακὴν ὅπιν ὅστις ἀμάρτη.*

Pariter altero loco Parcae, utpote quae iustitiae, aequitatis, et pacis sorores feruntur, vi sua et potestate nullae aliae esse possunt, nisi sociae et adiutrices iustitiae. Quare Wolfius priorem locum temere ideo suspectum habet, quod nusquam de iustitiae administratione, Parcis commissa, quidquam memoriae prodatur. cf. Heinrich ad scut. Herc. p. 184. Igitur fati indoles ab Hesiodo expressa magis, quam ex ratione carminum Homericorum revocata est ad morum et virtutis praecepta. Scutum Herculis merito ab Hesiodo adiudicatum versu 288 sqq. (qui quidem versus a quibusdam viris doctis serius obtrusi putantur) illa numina tanquam lethalia exhibet,

quae κήρῳσιν coniuncta proeliis intersunt et fata virorum complent, bello occisorum cf. Heinrich ad h. l.

Praeter Parcas et alia inducuntur numina, quae iustitiae colendae caveant et invigilent, et quidem: Νέμεσις ultrix v. 223. πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι (non cum alia Nemesi confundenda, quam Hesiodus in operibus et diebus v. 100 celebrat; vid. not. Cleric.) deinde sorores Parcarum iam antea nominatae: Aequitas, Iustitia et Pax. Qui mythus de his numinibus, sororio vinculo copulatis, haud dubie hanc includit sententiam, et pacem et iustitiam eadem natura esse et alteram alterius effigiem referre. Quod sane verissimum est. Nam haec iure sic reciprocantur, ut nec iusta pax sine iustitia, nec iustitia sine pace cogitari possit.

In ἔργ. κ. ἡμ. v. 803 et 804 Erinnyes tanquam periurii vindices describuntur:

ἐν πέμπτῃ γὰρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν
 Ὀρκῶν τινυμένας, τὰν Ἔρις τέκε πῆμα' ἐπιόρκους

In Theogonia Erinnyas terra peperisse dicitur, quas Hermannus vertit Maturinas, nomenque derivat ab εἰρινύειν. At haec etymologia, ut ingenue profiteor, mihi nimis quaesita et parum apta ad verbum, quod additur, κφετρας esse videtur. Hoc enim potissimum de bellicis virtutibus usurpari ex Homero satis notum est. Deinde qui una cum Erinnybus in lucem editi dicuntur, Gigan-

serere vel pugnare, vel alio modo eum laedere et iniuria afficere. cf. Od. 8., 208 sqq. 14. 402 — 405. 9. 477 Ulysses ad Cyclopem:

καὶ λίην σίγῃ μέλλε κινήσασθαι κατὰ ἔργα.

σχέτλι· ἔπει ξείνας οὐχ ἄζω σᾶ ἐνὶ οἴκῳ.

ἰσθήμεναι· τῷ σε Ζεὺς τίσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.

Od. 21, 27 de Hercule:

ὅς μιν (Iphitum) ξείνον ἴαντα κατέκτανεν ὧ ἐνὶ οἴκῳ

σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπην ἠδέσαστ', οὐδὲ τραπέζαν,

τὴν δὴ εἰ παρέθην.

(Mensa sacra erat et vicem arae sustinebat, nam in epulis solitum fuisse, Diis libari, liquet ex Odyssea (lib. VII). In illis ipsis βωμοῖς, qui versu centesimo describuntur, vinum et cibi repositi esse videntur, nam alias de mensa nihil legitur. De verbo βωμοὶ cf. Eust. p. 127, 265 et 272 et Ammon. s. h. v.)

Pulcerrimo exemplo Glaucus et Diomedes probant et confirmant vim hospitalis amicitiae, quae bellandi impetum et infestum animum vincit, hostilesque manus cohibet. Illi enim heroes in ipso temporis articulo, quo ferro se aggredi parant, de patrum suorum hospitio certiores facti ferrum et hostilem animum deponunt, dextras iungunt et fide data arma commutant. Il. 6, 122 sqq. Hospitum tutor et vindex Iupiter ξείνος erat, cuius patrocinio supplices et egeni (πτωχοὶ) et in universum omnes, qui tantummodo in divina providentia et benignitate quidquam spei

et praesidii repositum haberent, commissi putabantur. Od. 9, 270:

Ζεὺς δ' ἐπιτιμῆταιρ ἱκετῶν τε, ξείνων τε,
ξείνιος, ὃς ξείνους ἀμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

cf. Il. 13, 625. Od. 6, 208. 14, 57. 283. 289. 16, 422:

— οὐδ' ἱκέτας ἱμπαζέαι, οἷσιν ἄρα Ζεὺς
μάρτυρος; οὐδ' ὅσῃ κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν

cf. Eust. ad h. l.

Id ipsum autem, quod hospites supplicibus accensebantur, quorum caussa non solum ab humanitate, sed quoque a pietate commendabatur, rationem aperit, cur hospites religiosa observantia colerentur. Paucæ sunt, quæ de iuribus rerum et obligationum dici possint.

Iura domini agnoscebantur quidem in popularibus, sed non aequè in hominibus exterae civitatis, ut ex iis apparet, quæ supra de criminibus exposita sunt. Ad illa iura constituenda et confirmanda multum momenti habuisse possessiones et fundos a patre ad filios hereditario iure translatos, non est, quod moneamus. Ceterum non in praeteritis relinquendum, iura in rebus cuique propriis, ne quidem inter populares semper integra et salva fuisse, sed saepius eversa ab iis, qui vel in universum omnia iura aspernarentur, vel se iniuria affectos putarent, eamque non persona iudicis interposita, sed ma-

nu sua vindicandam existimarent. Quam levi momento illa dominii iura reges et proceres pependerit, Agamemnonis exemplum declarat, qui Briseidem Achilli concessam sibi sumit et arrogat.

Conventiones, quae de rebus vel factis praestandis inirentur, *ἀρμονίαι* (Il. 22, 255.) vel *συνημοσύναι* (v. 261. eod. lib. *) appellatur, quibus verbis illa concordans voluntas, ille, ut Iurisconsulti dicunt, duorum consensus in idem placitum significatur itaque peculiaris conventionum natura recte exprimitur. Licet ad conventiones firmas et stabiles nulla solennitas vel externum voluntatis signum praeter animorum consensionem verbis declaratam requireretur, tamen ipsae religionis vinculo arctius colligari et iureiurando et sacrificiis confirmari solebant. Il. 1, 76 Calchas ad Achillem:

σύνθεο καί μοι ὄμοσον.

Hector ad Achillem: (l. l. 22, 254): *δεῦρο θεοῦς ἐπιδάμεθα· τοὶ γὰρ ἄριστοι μάρτυροί ἐσονται καὶ ἐπίσκοποι ἀρμονιάων.* cf. Heyn. ad h. l. p. 292 sqq. T. 8. Pariter iureiurando et sacrificiis inimicitiae inter Achillem et Agamemnonem componuntur et amicitia redintegratur. Il. 19, 191 sqq. Potissimum autem in foederibus populorum condendis, sacrificia et iurisiuranda ita erant usitata, ut ipsa foedera *ἄρκια* appel-

*) Vox *πίστη* Od. 14, 293 ponitur.

larentur. (Il. 7, 69. 19, 191. 22, 261, 267 et passim) Il. 2, 339 Nestor ad Graecos:

πῆ δὴ συνθεσῖαι τε καὶ ὄρκια βήσεται ἡμῖν
 ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενόιατο μηδεάτ' αἰδρωῶν
 σπονδαί τ' ἀκρητοὶ καὶ δεξιαί, ἧς ἐπίπιθμεν.

(cf. Eust. ad h. l. et praesertim de verbis συνθεσ. ὄρκ. et σπονδ.) De foedere, quod inter Graecos et Troianos feritur. vid. 3, 72, 94, 103 sqq 256—302. et 4, 155 sqq. Ex variis conventionum generibus, de quibus nihil certius constat, potissimum alienationes notatu dignae sunt, quae artes operarias et mercaturam non neglectas iacuisse, satis probant. Prae aliis populis Phoenices rei nauticae et commercio studiosi describuntur, ceteroquin fraudatores et veteratores ut scilicet quaestuosum et lucri avidum genus hominum esse solet. Od. 15, 414.

ἐνθα δὲ Φοίνικες ναυσίκλυτοι ἤλυθον ἄνδρες
 τρωκτὰς μυρὶ ἄγοντες ἀθύρματα νηὶ μελαινῇ.

(v, 418 eod. lib. πολυπαῖπαλοι vocantur). Eorum merces admodum aptas fuisse ad mentes mulierum decipiendas et illecebris splendidae elegantiae occaecandas, versus 459 declarat:

χρῦσεον ὄρμιον ἔχων (quidam e Phoenicibus)
 μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔεργτο.

Od. 8, 162 ναῦται περηκτῆρες commemorantur et quidem non absque despicientiae nota. Od.,

1, 184 Minerva sub persona Mentae dicit:
 navigo ἐς Τιμόσσην μετὰ χαλκόν ἄγω δ' αἶθωνα
 σιδήρον. Quae rerum permutandarum ratio fue-
 rit, colligi potest ex Il. 7, 472:

ἔνθεν ἄρ' εἰνίζοντο κερηκομόωντες Ἀχαιοί
 ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἶθωνι σιδήρῳ,
 ἄλλοι δὲ ῥινόϊς, ἄλλοι δ' αὐτῆσι βόισσι
 ἄλλοι δ' ἀνδραπόδοισι

c. Institutiones Iustin. lib. 3. Tit. 23. §. 2. et
 interprt. ad h. l. fr. 1. D. lib. 18. Tit. 1.

Emtionem illis temporibus sine nummis
 factam fuisse et verbis, quae passim usur-
 pantur, ὄνος, πριάσθαι et ὠναῖσθαι nullam vim
 tribui posse ad sententiam contrariam proban-
 dam, per se clarum est, ita ut actum age-
 ret, qui grammaticorum erroribus refutandis
 immorari vellet. cf. Pollux l. 9. segm. 73. 74.
 Satis notum est, ex illius aevi statu et inge-
 nio opes et divitias aestimatas fuisse pecori-
 bus, praediis et instrumentis ad rem rusticam
 pertinentibus. Quare et pretia rerum potissi-
 mum ad pecora et boves revocabantur. Od.
 1, 430 de Laërte, qui Eurycleam emisse dici-
 tur: εἰκοσάβοια δ' ἔδωκεν. Il. 6, 236 de Glaucō:

ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τυχὲ ἄμειβε,
 χρύσεια χαλκείων, ἑκατόμβοι ἔνναβόων.

cf. Heyn. ad h. l. p. 236 — 238. T. V.

De locationibus conductionibus iam expo-
 situm est, cum discrimen inter servos et mer-
 cenarios (θήτες) reçensebatur.

HESIODUS.

Iam accedimus ad Hesiodum, qui quidem in rebus humanis describendis et diiudicandis multa cum Homero communia habet; at ab hoc potissimum eo differt, quod magis philosophi quam poetae partes agit, itaque quid ipse cogitet et sentiat, ubique patefacit, atque, ut philosophum decet, crebris sententiis de vita humana ad rationis leges agenda ubique carmina sua distinguit. Homerus autem unice in rebus describendis habitat, se ipsum suosque sensus lectorum animis prorsus subtrahit. Illa Hesiodi ratio, qua suam personam ubique interponit, subiectivam vocant philosophi, redolet ex moestitia et dolore, quo ob temporis sui pravitatem perfusus iustitiae faciem ad homines de virtute commonendos et huic conciliandos graviter atque copiose describit. Pugnam enim virtutis et pravitatis distinctius Homero illustrat, significantius iustum ab honesto secernit, certe illius proprietatem suspicari videtur, maiori severitate et indignatione improbitatem impugnat, et in universum locum iusti et honesti plenius et fusius tractat. Nam iustitiae illi summae legi ab Iove hominibus inditae violentiam opponit; varios iuris in-

Aectendi et rumpendi modos arguit et taxat; reges de eo, quod potentia nihil iuris concedit, graviter commonet; saepius enuntiat, iniustum, qui improbitate sua naturam humanam inquinat et rerum ordinem pervertat, semper male, at bonum bene se habere, illum omni miseriarum genere ab Iove obprimi, hunc salute et bonis ornari et cumulari, atque iustitiam, cuius cultoribus aspera sane et angusta via incedendum sit, victricem iniustitiae evasuram esse. (v. 213 — 248) Haec, quae summam perstrinximus, nunc articulatim et distincte pertractabuntur, exordio a divina iustitia ducto.

De Parcis duplex in Hesiodi Theogonia extat locus et duplex sententia v. 217 et v. 903. Priori loco *Μοῖραι* et *Κῆρες* a nocte natae, posteriori a Themide iuxta *Ἐθνομίην, Δίκην*, et *Εἰρήνην* genitae dicuntur. Sunt, qui hunc, sunt qui illum locum suppositivum putent. At, quum satis constet, Hesiodum in Theogonia componenda diversos fuisse sequutum auctores, difficile hac de re iudicium est; nam in utroque loco nec verba, nec sententiae interpolatoris manum produnt, et uterque mythus vetustate videtur comprobatus. Hoc autem praeteriit interpretes, illam de Parcis doctrinam diversis locis diversa ratione et ex diverso capite esse tractatam. Qui enim Parcas noctis filias finxit, is occultam fati naturam significavit, cuius leges tenebris involu-

tae oculos et mentem hominum effugiunt. Parcae autem Themidis filiae et sorores Εὐνομίας, Δίκης, et Ειρήνης legibus firmis et e virtute aptis reguntur. Nam Themide, quam Hermannus statinam vertit, nihil aliud intelligitur, quam quod positum et statutum est, itaque lex seu regula et quidem potissimum ea, quae magis ad animum hominis, quam ad naturam, mentis expertem, pertinet. Ex hac igitur sententia fatum alias caecum oculorum usu instruitur et velamentis detractis nocteque dispulsa a quolibet conspici et intelligi potest. Ceterum memorabile est, diverso rerum statu diversam Parcarum procreationem induci. Prior enim obtinuit regnante Saturno, quo natura secum ipsa discors et dissona nondum, ad fixas regulas erat comparata, sed incondita et inordinata iacebat. Tali rerum statui convenit, noctem fati genetricem esse. At posterior procreatio accidit sub Iovis imperio, qui sedato et sopito virium inter se dissidentium aestu omnem vitam et totam naturam pacare certisque legibus tranquillare instituit. Dum igitur rerum facies, dissipata caligine, quae mundum obtexit et cooperuit, serenior et hilarior facta est, non potuit non et fatum in aliam mutari formam et tum clarius et illustrius reddi, tum novo rerum ordini adaptari. Itaque hoc fatum ab Iove et Themide satum non ut antea sui ipsius regula erat, sed, quem-

admodum cuncta, quae mundo continerentur, certae normae subiectum. Quare quae priori loco proponitur sententia, Parcas Deorum peccata persequi et vindicare, hoc posteriori non legitur, quippe Iovis filiae patre superiores esse non possint. Saturnus autem fato obnoxius perhibetur. v. 464 et 475. Utraque Parcarum descriptio, si a diversitate illa fusius explicata discesseris, hoc commune habet, quod illa numina iustitiae partibus adnumerantur. Nam versibus 220 sqq. poeta Parcas ita canit:

αἰτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφίπουσαι
 οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο
 πρὶν γ' ἀπὸ τῶ δῶσι κακὴν ὄπιν ὅστις ἀμάρτη.

Pariter altero loco Parcae, utpote quae iustitiae, aequitatis, et pacis sorores feruntur, vi sua et potestate nullae aliae esse possunt, nisi sociae et adiutrices iustitiae. Quare Wolfius priorem locum temere ideo suspectum habet, quod nusquam de iustitiae administratione, Parcis commissa, quidquam memoriae prodatur. cf. Heinrich ad scut. Herc. p. 184. Igitur fati indoles ab Hesiodo expressa magis, quam ex ratione carminum Homericorum revocata est ad morum et virtutis praecepta. Scutum Herculis merito ab Hesiodo abiudicatum versu 288 sqq. (qui quidem versus a quibusdam viris doctis serius obtrusi putantur) illa numina tanquam lethalia exhibet,

quae κήρσιν coniuncta proeliis intersunt et fata virorum complent, bello occisorum cf. Heinrich ad h. l.

Praeter Parcas et alia inducuntur numina, quae iustitiae colendae caveant et invigilent, et quidem: Νέμεσις ultrix v. 223. πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι (non cum alia Nemesi confundenda, quam Hesiodus in operibus et diebus v. 100 celebrat; vid. not. Cleric.) deinde sorores Parcarum iam antea nominatae: Aequitas, Iustitia et Pax. Qui mythus de his numinibus, sororio vinculo copulatis, haud dubie hanc includit sententiam, et pacem et iustitiam eadem natura esse et alteram alterius effigiem referre. Quod sane verissimum est. Nam haec iure sic reciprocantur, ut nec iusta pax sine iustitia, nec iustitia sine pace cogitari possit.

In ἔργ. κ. ἡμ. v. 803 et 804 Erinnyes tanquam periurii vindices describuntur:

ἐν πέμπτῃ γὰρ φασιν Ἐρινυῖας ἀμφιπολύειν

ὄρκον τιτυμένας, τὸν Ἐρις τέκα πῆμα ἐπύρκους

In Theogonia Erinnyas terra peperisse dicitur, quas Hermannus vertit Maturinas, nomenque derivat ab εἰννύειν. At haec etymologia, ut ingenue profiteor, mihi nimis quae sita et parum apta ad verbum, quod additur, κρητεράς esse videtur. Hoc enim potissimum de bellicis virtutibus usurpari ex Homero satis notum est. Deinde qui una cum Erinnybus in lucem editi dicuntur, Gigan-

tes, (quos cum Hermanno genitales non verterim) *τεύχεσι λαμπομένοι, δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες* sententiae Hermanni repugnare et de rebus ad arma et pugnas pertinentibus sermonem esse, satis ostendere videntur. Si ergo hoc loco de physicis rationibus cogitandum esset, Erinnyas potius viriūm contentionem intelligerem, sine qua nihil gigni et vitam trahere potest. Haec notio melius quadraret ad naturam Erinnyum, quae iis alioquin tribuitur.

Pauca sunt, nec ab Homericis descriptione diversa, quae in Hesiodi carminibus de Ἄτῃ referuntur. Peculiare quidem Hesiodo est genus Ἄτῃς, quae cum Δυσνομία sata prohibetur, ab Eride et Nocte repetitum, e quibus parentibus natura Ἄτῃς satis intelligitur. Eris enim non simplex discordia, sed potius contentio inferioris illius naturae est, quae in tenebris abdita cupiditates et perturbaciones animi complectitur et hominem a lumine rationis abducit et secum ipso discordem reddit. Itaque inconsiderantia, quae Ἄτῃ continetur, eripit homini conscientiam sui ipsius et obducit oblivionem rationis et prudentiae, quae quasi umbra et caligine opacatur, ut homo caecutiat et a se ipso abalienetur. Ceterum dubitari potest, num haec ab antiquo poeta profecta sint. Hermannus nimirum censet, quae v. 211 — 223 enumeratur, Noctis et deinde Eridis propaginem aperte ex

pluribus esse iisque maximam partem recentioribus commentis petitam. Versus, qui in scuto Herculis de patre Iolai funduntur, Homeri ingenium et aetatem redolent:

— τοῦ μὲν Φρένας ἐξέλετο Ζεὺς

ὃς προλιπὼν σφετέρων τε δόμον, σφετέρους τε τακῆας

ᾤχετο τιμῶων ἀλιτήμενον Εὐρυσθέα

σχέτλιος· ἢ που πολλὰ μετεστοναχίζει ὀπίσσω

ἦν ἄτην ὀχέων (ex Graevii lect. pro ἄχέων) ἢ

δ' οὐ παλιναργετός ἐστίν.

Quae hic de ἄτη traduntur, egregie nostram de huius indole sententiam supra propositam confirmant et illustrant. Nam licet Iolai pater partes Eurysthei sequatur, et ita in ἄτην incurrat, tamen dolet de culpa conficta; quod fieri non potest, si caussa huius facti tantummodo in Deo auctore et non pro parte in Iolai patre resideat. His expositis progredimur ad Deorum regimen, quod in iustitiae legibus servandis conspicitur.

Summa rerum divinarum et humanarum secundum Hesiodi carmina iuxta alios Deos penes Iovem est, patrem Deorum et hominum, ex quo, tanquam omnis vitae fonte, cuncta proveniunt et fluunt, quae mundo continentur. Procreat et regit Deos, in quorum personis tum corporis tum animi vires tanquam in figura expressas cernimus. Iupiter est gubernator et stator universi rerum ordinis, ita ut anima et suprema lex totius na-

turae recte haberi possit. Itaque praesidium divinae iustitiae, quod Iovi assignatum fuit, eius dignitati omnimodo respondet. In argumentum huius rei ex operibus et diebus ea seligam loca, quae van Twesten non sine acumine et probabilibus argumentis antiquo poetae vindicavit, versibus iis reiectis, qui vel seriori tempore sint additi, vel ex diversis poetis certe ex diversis carminibus male conglutinati.

Iustitiae vim ad hominum actiones regendas Hesiodus non solum hic illic laudat et celebrat, sed eam rerum humanarum dominam facit, quam Iupiter ipse constituerit. V. 225 sqq. poeta depingit conditionem urbis, quae ab honesto et iusto non declinet et quidem tanquam fortunatam, et laetis rebus omnique bonorum genere cumulata nec unquam afflicta bello, quod Iupiter excitet. A versu 237 ad statum contrarium carmen traducitur, et mala recensentur, quibus pravi urbium incolae ab Iove pessum dentur et deleantur addita sententia, saepius unius viri scelus toti civitati miserias et perniciem contrahere. Singularis locus de iustitia colenda ita se habet:

Ὡς βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
 τήνδε δίκην· ἐγγύς γάρ ἐν ἀνθρώποισιν ἴοντες
 ἄθανάτοι λεύσσουσιν, ὅσοι σκόλιῃσι δίκησιν
 ἄλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὅπιν οὐκ αἰλέγοντες

Τρεῖς γὰρ μυρία εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πικρυβοτείῃ
 Ἄθανatoi Ζηνοσ, φύλακεσ Ζηητῶν ἀνθρῶπων·
 Οἱ ρα φυλάσσουσιν τε δίκασ καὶ σχέηλια ἔργα,
 Ἡέρα ἰσάμενοι, πάντα φοιτῶντεσ ἐπ' αἶαν.
 Ἡ δέ τε παρθένοσ ἰστὶ Δίκη, Διοσ ἐκγεγαυῖα,
 Κυδρῆ τ' αἰδαίη τε θεοῖσ οἱ Ὀλυμπον ἔχουσιν.
 Καὶ ῥ' ἀπόταν τισ μιν βλάπτῃ σκολιῶσ ὀνοτάζων,
 Αὐτίκα παρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονονι,
 Γηρύετ' ἀνθρῶπων ἀδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
 Δήμοσ ἀτασθαλίασ βασιλείων, οἱ λυγρὰ νοεῦντεσ
 Ἄλλῃ παρκλίνουσιν δίκασ, σκολιῶσ ἐπέπαντεσ.
 Ταῦτα φυλασσομένοι, βασιλῆεσ, ἰθύνετε μύθοσ,
 Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.
 Οἱ αὐτῶ κακὰ τεύχει ἀνῆρ ἄλλα κακὰ τεύχων·
 Ἡ δὲ κακῆ βουλή τῶ βουλευσάντι κακίστη.
 (* Πάντα ἰδῶν Διοσ ὀφθαλμοσ, καὶ πάντα νοή-
 σασ,
 Καὶ νυ τὰδ', αἰκ' ἐθέλησ', ἐπιδέρεκαται· οὐδέ ἐ
 λήθει

*) Hunc versum et sex sequentes, e quibus quatuor ultimos omisimus, Plutarchus ideo spurios iudicavit, quod indigni sint pietate Hesiodi, qua iustitiam alioquin colat et celebret. At hoc in tres versus a nobis exscriptos non quadrat, sed tantummodo in ultimos, quos in praeteritis reliquimus; quare illos retinimus, qui multum faciunt ad consequentia cum antecedentibus melius iungenda. Brunckius Plutarchum sequutus est.

Οἴην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἔεργει. —
 ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῆσι,
 καὶ νῦ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
 Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
 Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
 ἔσθθιν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
 Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
 γίγνεται. εἰ γὰρ τις κ' ἐθέλη τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
 γιγνώσκων, τῷ μὲν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύσπα Ζεὺς.
 Ὃς δὲ κε μαρτυρήσιν ἐκὼν ἐπίσκειν ὁμόστας
 ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάβας, νῆκεστον ἀάσθη,
 τοῦδ' ἑ τ' ἀμαυροτέρῃ γενεῇ μετόπισθε λείπειται.

Ex sententia horum versuum scelesti non solum ob crimina sua plectuntur et mali malis et aerumnis affliguntur, sed boni pro virtute et ob vitam legibus coelestibus congruam bonis et voluptatibus ornantur, ut fortunam internam animi bonitatem aequiparet et divina iustitia omnibus suis partibus expleatur. Modus, quo Dii in administranda iustitia versati sunt, his versibus satis accurate describitur, quippe quod ἀθάνατοι tanquam Iovis satéllites et nuntii inducuntur, qui iusta et prava hominum opera observent, et de iis Iovem certiores reddant *).

*) Quae hic de ἀθάνατοι traduntur, iisdem fere verbis in illa variarum aetatum descriptione v. 122 leguntur, quae, si non ab alio poeta condi-

Deinde illis versibus certior et accuratius definita iuris notio proponitur; nam iustitia, quam Iupiter hominibus tanquam peculiam legem indiderit, ea virtus censetur, quae hominem contineat a violentia, quippe illi contraria, et moribus iustorum pax et concordia ut assiduae comites, at partibus iniustorum discordia et bellum adiunguntur. Conferantur ea, quae sub Hesiodi nomine de aenea aetate feruntur. V. 145:

οἷσιν Ἄρης

ἔργ' ἔμελε στονόνετα καὶ ὕβριες.

Pariter illa pravitas et iniustitia, quae ferrea aetate obtinuit, insignis describitur discordia et infestis studiis; quibus homines se invicem aggredierentur, et malis affligerent. (v. 182)

Οὐδὲ πατὴρ παιδίσσιν ὁμοίως, οὐδὲ τι παῖδες
οὐδὲ ξείνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,

ta, tamen ex alio carmine desumta videntur, licet Plato hos ipsos versus, sed aliter conceptos in Cratylō referat. Quae ad h. l. et ad Theogon. v. 215 Clericus et Heinsius p. 654 ed. Loesn. attulerunt, merito praetermittimus, quum nec ad rem quidquam faciant, nec satis probata sint; nam ex loco, quem Clericus laudat, colligi non potest, Graecos antiquissimos eam opinionem habuisse, animas vita functorum non infra terram detrusas fuisse, sed in locis amoenis hic illic volitasse.

οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
 αἴψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας. —
 — ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
 οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου,
 οὔτ' ἀγαθοῦ.

Ceterum ὕβρις, illa insolenter se iactans et efferens violentia, coniungitur ab Hesiodo cum spreto Deorum cultu (v. 134):

Ἴβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύνατο
 ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
 ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
 ἢ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα.

Iniustitia ergo latius patere est existimata et in universum illam corruptelam morum complecti, quae officia et erga homines et erga Deos ex animis tollat, quae homini obducatur oblivionem divinae suae originis et genus humanum a Diis eorumque consuetudine, usque dum iustitia colitur, firma et integra. Iustitia eo certius homines Diis conciliat necesse est, quo verius a Diis et Iove profecta dicitur v. 35:

— ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος·
 ἰθύνεισι δίκαις, αἵτ' ἐκ Διὸς εἰσιν ἄρισται.

Quod ad crimina attinet, quae divina ira et vindicta plectantur, eadem fere ab Hesiodo et Homero recensentur. Praeter violentiam, fraudes, insolentiam et contemptum religionis, ea potissimum probrosa et flagitiosa iudican-

tur, quae sanctae familiarum necessitudini, et quae huic vicina putabantur, officii repugnent et adversentur, ut impietas erga parentes, supplices et hospites. (v. 327)

Ἴσον δ' ὅς θ' ἰκέτην, ὅς τε ξείνον κακὸν ἔρξει·

ὅς τε κασιγνήτοιο ἐοῦ ἀνά δέμνια βαίνει,

κρυπταδὴς εὐνῆς ἀλόχου, παρακαίρια βέζων·

ὅς τε τευ ἀφραδὴς ἀλιταίνεται ὄρφανὰ τέκνα·

ὅς τε γονῆα γέροντα, κακῶ ἐπὶ γήραος οὐδῶ,

νεικεῖη χαλεπῶσι καθαρτόμενος ἐπέεσσιν.

Τῶ δὴ τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγάζεται, ἐς δὲ τελευτὴν

ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

Quae ultimo versu commemoratur ἀμοιβή, indicare videtur, ex Hesiodi ut ex Homeri sententia, tationem pro regula et mensura poenarum infligendarum esse habendam.

Iustitiae humanae administratio et iudiciorum reddendorum potestas in manu et moderatione regum vertebatur, qui in concionibus populi lites dirimebant, ut e principio Theogoniae perspicui potest. v. 85 sqq.

— — — οἱ δὲ νυ λαοὶ

πάντες ἐς αὐτὸν ὄρωσι, διακρινόμενα θέμιστας

ἰθείησι δίκησιν· ἐ δ' ἀσφαλῆως ἀγορεύων,

αἴψα τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.

Τούνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὐνεκα λαοῖς

βλαπτομένοις ἀγορήφι μετὰ τροπα ἔργα τελεῦσι

ρήθιδίως, μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσιν.

Reges autem ex insolentia atque violentia,

qua libertatem populi obprimerent et bonis eius insidiarentur, invidiam et offensionem suscepisse videntur, quod et ex fabula de luscinia et accipitre (i. n. v. 202 sqq. *) et ex epitheto, quod de regibus usurpatur, *δωροφάγος* satis intelligitur. Hac regum criminatione Hesiodus potissimum ab Homero differt, qui tantum abest, ut principum gubernacula in odium adducat, ut potius ubique fere celebret, certe prae multitudinis regimine laudibus extollat. Ex hac discrepantia serior aetas Hesiodi colligi potest; nam primis temporibus reges religiose colebantur, quippe ex rationibus sanctae familiarum coniunctionis constituti, a qua omnis populorum status penderet. At abusu potentiae sibi concessae mentes hominum abalienasse et sibi infestas atque inimicas reddidisse videntur, quo factum est, ut primaria societatis civilis forma, qua unus rebus publicis praeesset, in multitudinis dominatum abiret.

*) Eust. ad Od. 1, 489. p. 67 observat, Hesiodum in verbis: *αἶνον βασιλευσ' ἔειπεν*, iudices appellasse *βασιλῆς*; at quum reges iudicum provincia fungantur, res eodem redit, sive hoc, sive illud verbum ponatur.

C O R R I G E N D A .

P. 4 l. 18 pro: ob l. ab.

— 6 l. 10 post: quippe, delendum comma.

— 33 l. 25 pro: hominis l. homines.

— 40 l. 3 pro: *errér* l. *er*.

— 41 l. 28 pro: *reús* l. *reúde*.

— 46 l. ult. et p. 47 l. 1 pro: mox l. modo.

Particulam: itaque, fere ubique non initio periodi, sed quibusdam verbis interiectis posui; cui verborum ordini defendendo exempla non desunt e Cicerone, Livio, Cornelio Nepote et aliis scriptoribus petenda. Attamen multo usitatius est, illi particulae principem locum assignari et quidem fortasse ideo, quoniam *que* in voce *itaque* ad coniungendas periodos facit. — Prae-positionem: absque, Plauto et Terentio frequentatam, aliquoties usurpavi; at Cicero (Orat. c. 47) observat, *abs*, in desuetudinem abiisse et tantum in accepti tabulis mansisse, si locus scilicet sanus est nec quidquam desit. Verum Cicero hunc usum non tenuit, cum in eius orationibus et praesertim epistolis *abs* non semel et bis, sed vices legatur. Quare Ernestio non iusta causa fuisse videtur, duobus locis *absque* eiiciendi et cum *sine* mutandi.

Neue Bücher, die in der Oftermesse 1819 erschienen,
und in allen guten Buchhandlungen zu haben sind.

Kanalen der Forstwissenschaft von E. P. Laurop, 3ter Bd. 4tes
Stück. 16 gr. od. 1 fl. 12 kr.

v. Sopneburg, neue landwirthschaftliche Erfahrungen. mit
Kpf. u. Tabellen, nebst einem Anhang über die alte und
neue Landwirthschafts - Verfassung. 8. 20 gr. oder 1 fl. 30 kr.

Curtius, M. C., Grundriß der Universalhistorie. 4te verbes-
serte Aufl. 8. 14 gr. od. 1 fl.

Eutropii breviarium hist. Rom. ed. 2da. 4 gr. od. 18 kr.

Fielding the history of Tom Jones, by Wagner. 3ter Band.

Schrbp. 1 Rthl. 8 gr. od. 2 fl. 24 kr.

Dasselbe auf Druckpapier 1 Rthl. oder 1 fl. 48 kr.

Gehren, Katechismus der christlichen Religion, für Bekenner
der Evangel. Kirche. 8. 4 gr. oder 18 kr.

Gespensker - Sagen, herausgegeben von Kauschnik. 2r Bd. 8.
1 Rthl. 12 gr. od. 2 fl. 24 kr.

Koch, Chr., progr. Loca quaedam Homeri et Tacito illustr.
4to. 4 gr. od. 15 kr.

Krieger, J. Chr., Handbuch der Gewerbkunde. 2r Band.
M - B. gr. 8. (Suppl. welches die Jahre 1812 bis hierhin
begreift, folgt zur Herbstmesse.

Lucá, S. C., Bemerkungen über das Verhältniß des menschl.
chen Organismus 6 gr. oder 27 kr.

Müncher, W., Lehrbuch d. christlichen Dogmengesch. Neue
Aufl. 1 Rthl. 6 gr. oder 2 fl. 15 kr.

Rehm, Fr., Geschichte des Mittelalters. gr. 8.

Scherer, Religionsgeschichte. 4te Aufl. 16 gr. oder 1 fl. 12 kr.

Scherer, Erklärung über die Entstehung der Sonn- u. Feiertage. 8. 3 gr. 12 kr.

Sylvan, von Laurop und Fischer, auf 1819. 1 Rthl. 6 gr.

Weidmann's Feyerabende, ein neues Handbuch für Jäger und
Jagdfreunde, von L. E. E. D. S. v. Wildungen. 58 Bch.
gr. 8. Schrbp. 1 Rthl. Druckp. 18 gr







